A. G. BAUMGARTEN

METAPHYSICA

Ed. IV.

CUM

ANNOTATIONIBUS

SUIS

AUTOGRAPHIS

Cod. MS.
philos. 3/31



Mscr. 93

8° Ms. philos. 3/30 Cim.

(= Depos. d. Akad. d. Wiss. A)

Blatt a 2 lose!

Inv. M. 2030

Bibliothecae academicae
Dorpatensi

D. D.

F. B. Faesche,
Philos. Prof. P. O.

Manuscr. N. 93.

Biblioth.
Academ.
Dorpat.





METAPHYSICA

ALEXANDRI GOTTLIEB

BAVMGARTEN

PROFESSORIS PHILOSOPHIAE



EDITIO IIII.

HALAE MAGDEBVRGICAE

IMPENSIS CAROL. HERMAN. HEMMERDE

1757

AVDITORI BENEVOLO.

QUEM enim potius, quam TE, compellarem, dum ad paginas TIBI paene dixerim soli conscripturas more consuero praefandum est? Non est TIBI, cur excutiem prodire denuo metaphysica post innumerum numerum simili titulo notatorum, in quo quota sint a decantatissimis illis Aristotelis ... non magis noui, quam quotus ipse mortalium sim ab orbe condito. TVIS praecipue TVIS vnice commodis data, dicata, dedicata quae sint, prima se dicere fatagant. TE quum appello, coronam excitatissimorum ad ar-

dua quaeuis ingeniorum nomino, commilitones per humaniorum litterarum propylaeum, et accuratioris logices atrium in interiora primorum sciendi principiorum penetralia mecum amicissimis aemulationibus enitentes. Quae consideranti facile patebit, quare primo, quicquid in acroasibus rationalis scientiae curate tractare soleo, hic scribendo repetere supersederim: deinde, quamobrem non potuerim a me impetrare, quae postulat liber sermo viua voce proponentium, vt exempla, dubia, historias, illustrationes alias, suhijcerem etiam prelo tradendis ipsis ratiociniorum nexibus. At sine his quid habes, inquiat non nemo, nisi satis siccum metaphysices sceletum? Modo sint ossa satis firma, modo satis apte concatenata, mihi, crede, gratulabor egregie. Quam primum TV veneris, et non videris solum, sed etiam audieris, ecce, nerui succrescunt, adjicitur caro, cute vestitur, nec reor colorem omnino deesse bonae foeminae, nec vitam, nisi TIBI forte visum fuerit aliter. Porro talem TE mihi ponens ob oculos, qualem supra breuiter pinxi, negligo, nec difficulter, AVDITOR BENEVOLE, maleuolas eorum voculas, qui fauorem in me TVVM, de quo solenniter TIBI gratias ago, labefactaturi caussam interserunt, nescio

cuius,

cuius, obscuritatis. Non defuerunt huc vsque, quibus me potissimum in philosophicis audire placuit, eruditis per experientiam declarantes, et olim declaraturi, satis a se perspecta, satis distincte cognita, quae vel cum iis coram egeram, vel in cartam conieceram. Quam diu viuos eiusmodi testes citare licuit et licebit, non habeo, cur poeniteat istius regulae, quam mihi sequendam constitui, ex quo non discere solum, sed et discentes iuuare iussus sum: *Ita moderare, quicquid expones, vt ingenium mediocriter felix, doctrinis illi, quam profers, iure praemittendis mediocriter imbutum, in eadem, quam tractas, haurienda mediocriter diligens, mentem tuam clare possit et perspicue cognoscere.* Ad hanc legem exigens, quicquid TIBI sum expositurus, nec noua capto, quia sunt recentia, nec antiqua sperno, quia videntur obsoleta. Quicquid in rem meam audiui, vel legi, meditatus sum et meum feci, sed ita tamen, vti inter bonos bene agi conuenit. Suum cuique nunc publice sine vindicatione restituo, TIBI solum et mihi ius vsuum cum iure fructuum legitime translatum seruans. Inprimis plurimum promotam cognitionem meam earum veritatum, quas hoc qualicumque libello TECVM communico, cogitationibus, quas illustribus celeberrimisque me-

 taphy-

taphysices inter nos reformatoribus, Leibnitiis, Wolffis, Bülfingeris, Reuschiis, fert acceptas non ingrata Germania, nullus vnquam diffitebor. Quae scaturigo tam limpida, quae non aliquos volutat in fundo scrupulos? Quantum abest a caecis assentationibus in philosophando, tantum, immo magis, alienum me laetus experior a ferrea fronte hominum, qui non dissimulant solum et claudunt aliis, quantum eius ab ipsis fieri potest, fontes, ex quibus suos maxime riuulos irrigarunt, sed etiam turbant eosdem et venenatos, aut nescio quo pestilenti lidere afflatos praedicant, quo facilius et ex se promisisse, quae proferunt ipsi, et alii, quae communi de fonte hauserunt, a se tamen mutuo accepisse rerum ignaris videantur. Habes, AVDITORES BENEVOLI, quos consulas, vbi non satis omnino TIBI fecerim, et ex quibus, si quid inscius erroris commiserim, mea corrigas.

Ad scribendi rationem quod attinet, quo magis a puerilis in dicendo copiae deliciis per praesentes studiorum meorum rationes, et rigida stili philosophici praecepta, tum alias, tum his ipsis in cartulis diuulsus videor, hoc eas magis in oculis fero, hoc vbique, quantum fas est, sequar, si non consequar, ardentius. Veneres tamen orationis sectari, varios ornatus aucupari, circumloquutionibus vti pro receptis et ciuitate saltim metaphysica donatis vocabulis, rerum explicationibus abstinere, quas casta satis voce Cicero non expresserat, in his potissimum, meum non duxi, neque meum iudicabunt, qui nec in notionum, nec in syllabarum regno soli triumphant. Si quid autem breuitate eadem et conuenientia cum vsu loquendi scribi potuisset minus graue latinis auribus, eius veniam peto, quam vtinam! implorare non opus haberem typographorum etiam erroribus. Quum alia in vrbe quam in qua viuimus, imprimerentur haec schedae, nec otium, quantum voluissem, fere vnquam mihi fecit emendaturo festinans redire nuncius, nec vltimas plagulas omnino mihi corrigere concessum fuit. Quicquid inde mali me perinuito prouenit, cauebitur subiungenda mendarum exstantiorum enumeratione. VESTRAque, qui haec legetis, beneuolentia. In quibus si qui forte sint, quos non solum in auditoribus habere non licet, sed quorum etiam ex doctrina plurimum ipse possum vtilitatis expectare, horum aequa iudicia, veterabor, horum admonitionibus morem geram, horum refutationibus, ipsis mihil erit mihi iucundius. Qui dissentiant, in iis etiam quae gra-

graviora censebunt, hos unum est, quod obtester. Ne putent laedi se, quando loquor, quando scribo, quae minus ipsis probantur, veritatis et officii quantum ego quidem nunc iudico, compulsus viribus. Ubi ferre non possunt, quae profero, tollant, quibus animis permittit religio: ferant hominem, nihil magis supplicem, quam eas, quarum reus esset, inimicitias, nihil magis dolentem, quam si quibus sine dolo suo simultatibus irretitur. Vos autem, o! loci comitesque philosophicorum meorum conatuum, AVDITORES HONORATISSIMI, vtimini his meis felicitate, tenuitatem virium aequi bonique consulite, meque, si mereor, amare pergite. Halae, mense Aprili A. MDCCXXXVIII.

PRAE-

Aderam hanc libelli tenuis editionem absens denuo curare debui. Quanquam inde mihi nunc etiam excusatio mendorum a chalcographis forte commissorum salua videtur: spero tamen in iis minuendis nec meam hanc inanem operam fuisse, nec amici, qui nunc Halae floret, et corrigendarum, dum prelo committerentur, plagularum laborem non detrectauit, debita cum gratiarum actione commemorandam diligentiam. Interim non sum adeo mihi suffensus, vt in opera-

rios,

rarios, quicquid forsan erroris et commissum iam erat, et accessit de novo coniectum velim. Probe memini, qua dubitatione, quo metu, qua paene dixerim animi delectione huic scriptioni, quum primum in publicum emitteretur, coronidem impolgerim? Nunc, etiam exiguam, meam spem si superet legentium iudicantiumve benevolentia, denuo laetabor, quod tunc auditis lectisque doctorum virorum sententiis mea mitioribus non diffiteor me magnopere gaudium esse. Quorum si qui tantum intra commemorationes et laudes etiam nonnullas subsitterunt, iis nunc dicta velim omnia, quae grati animi modestiaeque testandae gratia tum copiose dici possent, tum ab iis, qui norunt, quomodo vita vivatur, vel me tacente, facile colligantur. Vnus est, quantum ego quidem noui, qui narrationi satis vberi, iudicioque magis honorifico, quam quod mereor, de his metaphysicis pulice simul adiecit nonnulla, quae minus recte sibi placuisse quaedam a me prolata noverim, in *supplementis ad acta eruditorum Lipsiensia* latina T. IIII. S. VI. p. 266. sqq. Quis ille sit, nondum audire datum est. Nihilo suspicor minus ex fama cetera primarum, ad quae sua contulit, ephemeridum esse virum clarissimum.

Ma-

Maluissem V. C. sua mecum non ita intertexuisse, vt omnino dignoscere nequeat, qui mea nondum legit. Si qui mihi crimen obscuritatis obiiciunt, *liquidos verueces* ipse vocat, non ego. *Qui principium rationis sufficientis insciantur, exsistere mundum docebunt, licet negent auctorem, in quo exsistit ratio producti vniuersi*, ex eius sententia, non ex mea. *Quia elementa simplicia non admittunt amittere praestantissimum argumentum, quo mundum esse creatum intelligitur*, ipse dicit, non ego. e. c.

Sunt, in quibus verba mea mutans V. C. sensum ita simul immutauit, vt alia dixisse videar omnia. *Ens quod exsistat, vt determinatio alterius, vel ita esse potest, vocari a me accidens ait, ergo*, addens: *ens illud, quod non exsistere potest, vt alterius determinatio, erit substantia.* Vtrumque satis aperte contra meum §. 191. Mihi substantia est, quod potest exsistere, licet non, vt determinatio (nota, character, praedicatum) alterius. Quod vero non potest exsistere, nisi vt determinatio (nota, character, praedicatum) alterius, accidens appello. Hoc iubentius occasionem arripio reddendi rationes hic conceptorum definitionum, quo propius in vs aberant, a vero iam Aristoteles, cum discipulis a schola dictis, Cartesius, ipse Spinoza, qui nihilo secius ex

er-

errore, qui paene censeatur infinite parvus, fatalem ipsi religioni subiiciendae machinam fabricatus est, illustri exemplo docens, quam verum sit illud Lucretii:

Parvum est clinamen principiorum.

Aristoteles, substantiam dixerat, *quod nec de subiecto vllo dicitur, nec subiecto vlli inest. Sonerus* in tariori sua metaphysica: *substantia est subiectum vltimum omnium praedicatorum. It. substantiae non dicuntur de aliis, sed caetera de ipsis.* Ex recentioribus patriam et auitam philosophiam amantibus, vt alios taceam, *S. V. Aepinus* vidit, non bene negari posse de quibusdam substantiis, quod insint aliis, tanquam subiectis. Hinc *substantiam* dicit *ens per se existens, i. e. quod vel plane non est in alio, vel est quidem in alio, sed ita vt sit eius pars, vel compars, vtque ab eo separari, et separatim sine eo existere possit.* Nollem equidem hanc explicationem meam facere, ob eius tamen rationem nec ego dixi substantiam, quod non potest existere, vt alterius determinatio, s. praedicatum, sicut imputat mihi V. C. Non in eo, an aliquid existat, vt determinatio s. praedicatum alterius, nec in eo an non possit existere, vt praedicatum alterius, cardinem notionis verti iudico, sed in eo, an possit ex-

existere, licet nullius sit determinatio, s. praedicatum. Primum de multis substantiis cum S. V. Aepino concedo, hinc secundum non possum de singulis ponere. Tertium autem omnibus et solis substantiis conuenit, hinc a me, tanquam character, quem definitium aiunt, sumitur, per quem explicem tritum illud *per se subsistere*. Idem clare distincteque percepturus *Cartesius* in *Responsionibus IIII. Operum p. m.* 167 addit: *h. e. absque ope vllius alterius substantiae posse existere*, et in *principiis philos. P. I. n.* 15: *Per substantiam nihil aliud intelligere possumus, quam rem, quae ita existit, vt nulla alia indigeat ad existendum. Et quidem substantia, quae nulla plane re indigeat, vnica tantum potest intelligi, nempe deus. Alias vero omnes non nisi ope concursus dei existere posse percipimus. Atque ideo nomen substantiae non conuenit deo et illis vniuoce s. c.* Aperte si loqui voluisset, dicendum ipsi vtique fuisset, ex sua definitione, praeter deum non esse substantias. Nam neminem putarim *Antonio le Grand* concessurum, lapidem ex hac esse notione. Substantiam, quando ille Inst. Phil. Cart. p. m. 28: *substantia* inquit *est res, cui nulla alia substantia opus est ad existendum, vt deus, lapis, caelum.* Prono potius alueo, latisque connexis ratiocinationibus ex substantiae descriptionibus, eiusmodi deduxi

deduci poterunt eadem omnia, quae *Spinoza* deriuauit ex sua, quando in *apices* def. III. *Opp. posthumorum* variorum p. 1. *substantiam* dicit ita, *cuius conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debet.* Si placeret maiori ex parte retinere definitionem Cartesii, esset substantia res, quae nulla alia re, tanquam subiecto, indiget ad existendum. Tunc creatae etiam huc possent trahi substantiae, totaque foret Spinozae fabrica. Ne tamen terminus subiecti remoram inuiceret, eum vitaui, rem ita expressi: ens, quod potest existere, licet non sit determinatio alterius. Sic concedo, nullam creatam substantiam existere posse ita, vt non sit determinatum l. rationatum alterius. Determinatum autem a determinatione s. praedicato conceptibus latis differt, non curante syllabarum aliquam et apicum conuenientiam philosopho. Omnis substantia creata potest existere ita, vt non sit determinatio s. praedicatum alterius, haec ipsius quidem dei. Deus ita existit, vt sit nullius praedicatum. Ergo et potest ita existere! Habes definitionem neque soli deo conuenientem, seu cartesiana, neque solis substantiis creatis, vt illa, qua substantia vocatur ens perdurabile et modificabile.

Sed redeamus ad V. C. recensionem. Principium indiscernibilium stricte sumtum dum

me narrat demonstrare, exhibet demonstrationem principii negandae totalis congruentiae §. 270. datam quum §. 271. lectorum oculis subiicienda fuisset, in qua probatur, quod probari dicitur in adductis. principium negandae totalis similitudinis. Forte magis obseruari meruissent minus nota, principium rationari, negatae totalis dissimilitudinis et aequalitatis. Ego locum dico positum simultanei extra alia actualis §. 281. Ipse *actualem positum simultanei extra alia* me dicit *locum* dicere. Quando casum concedo, purum nego, me dicit V. C. *casum profligare.* Quae de viribus viuis affirmo §. 413. ipse me de viribus ait generatim affirmare, quod si verum esset, errassem. Et negata materia omnino homogenea, nullibi deduxi motum omnis materiae, deduxisse nihilo minus dicor. §. 773. propagationem per traducem ostendi duplici ratione fieri posse non inuoluentem ortum per traducem. Harum secunda non est, quae per creationem intelligi solet, et nullo iure mihi videtur propagatio per traducem dici posse. Concretionis enarrati hypothesin, quae per traducem propagaret animas, non quatenus eaedem a deo crearentur, sed quatenus parentum animae non parum ad hanc operationem concurrerent.

Veni-

Veniamus ad ea, quibus V. C. *allinit atrum transuerso calamo signum.*

Confusionem more consueto dico diuersitatem coniunctionis. Illa putat ex magnetis partibus inter se coniunctis elucere diuersitatem in coniunctione, neque tamen ideo confusas eas dici posse. Verum videtur V. C. diuersorum coniunctionem, si vel maxime fuerit eadem, et diuersitatem coniunctionis, et diuersitatem ordinis confundere probe distinguenda. Diuersae in magnete partes eo ordine, vel iis ordinibus per naturam coniunctae sunt, vt possint effluuia eas permeantia operari in ferrum, polos libere suspensi versus septentrionem et meridiem vertere, amicos osculo sibi iungere, inimicos in fugam dare. Iam pone magnetem in puluerem redigi vel calcinari, multae adhuc partes eius coniungentur, sed modo diuerso. In iisdem nunc est coniunctionis diuersitas, confusio, crypticae machinae destructio, flammeque nimis propinqui magnetis parvus aliquis cometa. Facile concesserim in explicandis confusionis alicuius datae et peculiaris phaenomenis non male plerumque ad finem attendi. Sed illustrationi forsan etiam necessaria non sunt ideo necessaria definitioni.

Con-

Contra iam notam perfectionis definitionem vsitata denuo reperitur obiectio, esse nonnunquam consentum variorum ad vnum, e. g. succorum humani corporis ad mortem, ventorum ad euertendam domum conspirationem, neque tamen ibi perfectionem esse. Non negauerim, me quoque, quum ontologicis primo curatius adiicerem animum, parum abfuisse, quin definirem perfectionem per consensum realitatum ad vnum, et tunc, nisi totus fallor, in his medius mihi conuenisset cum V. C. Verum et hic exponam, cur *Ill. Wolfii* non mutauerim definitionem. Quum enim nunc iterum, vt supra in conceptu confusionis, non a me inuentae, sed ab illo non sine gratus acceptae definitionis reus agar, liceat vtramque defendendo declarare, num ex mutandi nouandique libidine res aliquas alirer nonnunquam definiuerim, an perpensis subductisque retinendae vel immutandae definitionis rationibus. Forsan aequus inde iudex colligat, publici iuris consultissimum, virum *Ioh. Iac. Moser*, non in sola aetate mea narranda erraße, quando ipsi placuit mei mentionem iniicere in ipius Gedancken von der Verbindung der Weltweisheit, besonders der Wolfischen mit der Theologie, §. 6. Probaui in his meis omne ens esse reale, §. 136. probaui realitates non posse consentire, nisi

nisi ad realitates, §. 140. negationes non, nisi ad negationes §. 139. Hinc vnum illud ens, quod in definitione perfectionis Wolfiana memoratur, et ratio perfectionis determinans, s. focus eius dici poterit, esse reale, quia ens, quia vnum est, inferri quum posset, §. 141. non opus erat expresse ad monere in definitione. Iam ad hanc realitatem quum pateat ontologo consentire non posse, nisi realitates, nec id quidem addendum mihi videbatur in definitione, §. 94. secundum tritam logicorum regulam: *definitionem notae, quarum vna per laterdm sufficienter determinatur, non ingrediuntur.* In deo omnia sunt realia, quae ipsi insunt. Hinc in eo consensus plurium ad vnum est consensus omnium ipsius praedicatorum s. determinationum ad vnum summum. In finitis semper sunt quaedam realia, quaedam negationes. Quatenus illa non possunt non consentire ad vnum, sed non nisi realo, in omnibus finitis est perfectio. Quatenus illae negationes loquor, ne possibiles quidem sunt sine realitatibus, in omni tamen finito esse debent, et quidem non consentientes cum realitatibus, in omni finito est imperfectio. Ad exempla V. C. nihil nunc regerendum est, donec probetur, in morte et delectione domus nihil realitatis, nihil perfectionis, esse. A negata perfectione medica et architectonica ad negandam perfectionem

ctionem omnem, cosmologicam etiam, immo ontologicam non valere consequentiam, logicus dixerit. Metaphysicis oculis rem intuitus ampliorem quaerat horizontem oportet, quam cuius

Tres caeli spatium pateat non amplius vlnas.

Malum metaphysicum quod dici cum *Ill. Leibnitio*, non satis commode malum vocari videtur V. C, quamuis vela mox contrahat, caullam interserens, *philosophorum definitiones nominales arbitrarias.* Verum per omnia sacra philosophiae rogatos omnes velim, qui mea iudicant, ne me quoque legant in eorum numero, qui non recte percipientes logicorum hanc regulam, in tornandis contra receptam significationem definitionibus quidlibet audendi sibi semper aequam rentur potestatem. Prudens et circumspectum oportet arbitrium esse, quo vocabulorum potestates aut bene constitutas retinemus, aut constituimus, aut fluentes quasi et vagas figimus. At tali, non caeco putarim arbitrio, quicquid opponitur bono metaphysico, malum dici metaphysicum, imperfectionis, eiusmodi rationem. Iam vero summa perfectio dei est bonum metaphysicum. In quantum haec in finitis tollitur, etiam per ipsas eorum essentias, ponitur im-

perfectio, cuius ratio malum, quatenus absolute necessarium est, metaphysicum non male dicitur.

§. 389. dixeram, si hic mundus sit substantia, quia tunc extra infinitam substantiam eum exsistere debere, iam probatum erat, *infinitam substantiam non esse vnicam*. Id, quid sibi velit, fatetur V. C. se non intelligere, ratus naeuum subesse typotheticum. Verum nihil hic est erroris, nec mei, nec chalcographi, §. 388-391. refuto Spinozismum metaphysicum asserentem, substantiam infinitam s. deum esse vnicam substantiam. Huic enunciato oppono §. 389: *substantia infinita non est vnica* sc. substantia, sicut dicere solemus, solem nostri systematis planetarii non esse vnicum, sc. solem, regem galliarum non esse vnicum, sc. regem. §. 390. clarissimis verbis ita finitur: *substantia infinita non est substantia vnica*. §. 391. ita incipit: *vis infinita non est vnica vis*. Quanquam inde me satis perspicue loquutum omnibus arbitror, qui non raptim in vnicam lineam oculos coniiciunt: nihilo tamen minus adieci nunc in hac editione §. 389. etiam vocabulum *substantiae*. Quando ad mundi pneumatici denominationem adieci in parenthesi, *regnum gratiae*, V. C. me monet mundum pneumaticum

cum dicere regnum gratiae, quum tamen sint spiritus a regno gratiae alieni. Declarandum itaque primum erit, me vocabula cum definiendis apud alios synonyma iuxta haec vncinis inclusa simul adducere, quo facilius intelligantur et alii, neque tamen temere meas facere denominationes in parenthesin reiectas, quarum etiam non raro incommoda soleo in acroasibus enumerare. Sic nunquam ego dixerim essentiam rei eius naturam. Vnde mirae confusiones. Alii tamen ita loquuti sunt. Sufficit. Iam notum est, Leibnitium omnes spiritus dixisse regnum gratiae. Ergo adieci titulum. Neque tamen concesserim obiectionem V. C. nisi sensu theologico. Intellectis philosophice terminis spiritus a regno gratiae alienos non posse, vt membra eius et socios, considerari, falsum est. Docet enim ius sociale vniuersale et praecipue ius ciuitatis philosophicum, rebelles non ideo, quia volunt, exire ex nexu et potestate summorum imperantium, manere subditos, manere subiectos iure meritoque. Velint, nolint. Perinde est.

Quod ad hanc nouam editionem attinet, lubentius eam breuiorem praestitissem, quam auctiorem more consueto. Neque tamen occurrebant curis posterioribus ambitiosa ornamenta, quae recidi commode potuissent, nisi

nisi forte falx immittenda fuisset tentatis graduum, qui in porioribus obseruantur, enumerationibus. Nec enim has poscit primarum in metaphysicis linearum epitome. Sed quia iam dudum eas desiderari legeram, mea doctus ipse experientia quasi nouum meditationis orbem saepe per eas pandi, tandem in aliis lexcentis vsibus singularem sane delectationem cogitanti dabit, quicquid est vere realis et politus, si maximum conceperis, deum et diuina deprehendere: nolui prorsus abscere quicquid addideram metaphysico-mathematicorum. Literarum diuersis ductibus ea notari volui, quo facilius dignosci possint, si quis vel sola lustrare, vel omnino velit transmittere. Mutaui non ita pauca, praesertim in doctrina de mentis immortalitate. Sectiones longiores in breuiores distinxi, percipiens in acroasibus inde nescio quid commodi, si saepius minores quasi metas contingere licet, nec vno velut anhelitu plures per horas est discenda, quae videtur vnius modo materiae, tractatio. Definitiones nonnullas adieci nouas et probationes, quales de perfectionibus cognitionis, de materia cogitante, de harmonia praestabilita, quam et vniuersalem, et psychologicam, ex hypothesi mutatum iui in theorema. Illustrationes ne nunc quidem adieci. Nondum mutaui sententiam, quam ad primam editionem praefatus expolui. Separatim eas edere rogatus sum. Rectius id fieri posse sentio. Satis multa huc pertinentia iam in chartam conjecta sunt, sed in publicum quicquam eorum edere, nunquam promisi. Inscio ne catalogum nundinarum Lipsiensium illustrationes eiusmodi praeterlapso vere pollicitum esse, tanquam his nundinis iam prodituras, miratus sum. Fuerunt etiam, qui logica, qui ius naturae, vel alia philosophiae practicae capita simili ratione, qua metaphysica et ethica retigi, vt scriberem, benenoli publice suaderent. Interim donec erit bibliopola, qui conditionibus aequis hanc adiciat, vt eo in loco, vbi mihi vsuendum est, mea prelis subirci me corrigente possint, quod adscribendum mihi paene iudico necessarium, hos tranquillior a conquirendis laboriosis oppido libellis eiusmodi abstinebo, quo minus mihi et heic ab acroasibus est otii, quo certius persuasus sum, orbem litterarium posse meis opellis sine vlla iactura supersedere.

Dabam Francofurti cis Viadrum. a. d. XIIII. Sept. cIↃ IↃCCXXXXII.

PRAEFATIO EDITIONIS TERTIAE.

Habetis itaque, si qui mea putaris aliquid esse, tertiam metaphysicorum, quae scripseram ante decennium, editionem, quam non sine noua correctione passus sum in lucem denuo prodire. Sectionum numerum auxi, plures inscripsi titulos. Quaedam mutaui, non omnino nihil adieci. Neque tamen reperam, quae iam olim praefatus sum, quia poterunt in antecedentibus aequi lectores iudices, iniquos, vt nunc certe legant, non possum adigere. Horum expertus sum aliquos in qualibuscunque meis scriptionibus examinandis. Quibus ideo, quia minus aequi fuerant, si non respondeo, sunt alii mihi hoc ipsum meum silentium vitio vertentes. Vnum notemus exemplum. Dixeram in prima, quam edidi, dissertatione poema *sensitiuam orationem perfectam*. Vere dictum adhuc puto. Fuit autem, qui scriberet me dixisse poema orationem *perfecte sensitiuam*, et deinde significatum perfecti iam inter philosophorum ipsos pueros notissimum detorqueret in vulgarem illum, quo *perfecte* pro *omnino* vagis in sermocinationibus aliquando substituitur. Significatum *sensitiui* ipse expresse fixeram. Longe tamen alium affingit et huic vocabulo bonus vir, quo germani non nunquam crassa vel pingui minerua turpiuscule, vel etiam obscenius dicta per iocum aiunt oppido sensitiua. Post ternam eiusmodi tam verborum, quam significationum inflexionem malignam frigide iocatur, non in mea, quae noluit intelligere, sed in laruam ab ipso fictam, quam meam non aequus edicit esse sententiam. Ego vero sileo. Neque nunc verbum de lite misella scripsissem, nisi visus essem aliis, qui me non nouerunt, negotiorum grauiorum causam prae me tulisse, dissimulans forsan armorum, quibus memet ipse defenderem, inopiam. Quamobrem hanc occasionem meam facio, qua publice deum immortalem obtester, ne mihi tantum vsquam otii concedat, quod per litigia huius furfuris, quando mihi mouentur, terere, dilapidare, perdere liceat: ne vnquam eo vsque patiantur apud me deprimi veri honoris ideam, vt aliquando mihi videatur huius interesse, qualibuscunque dictis in me vel scriptis vt armatus ipse statim procedam, obuiam, et bella ducam, nullos triumphos habiturus. Si quando retundendi sunt impetus licentius peccantes, non deerunt, sicuti nec defuerunt hucusque publica cum grauarum

actione commemorandi, me non rogante, non mandante, consentiente tamen, quod decet bonum virum, pro me, pro vero potius, quod scripsi, scribentes, et officium simul praestantes amico, vel hinc vultus aliquas horas refutando talia transigentes, ac ago mer tantum causa scribere visus transigerem.

Alter sentio de dissertationibus, in quibus animus cauillandi non pellicet. Vtinam ad has referre possem, quae scripsit in philosophos vnus ex iis, qui mecum olim acroasibus interfuerunt. Dicam illi non scribo, quia quaedam meorum minus recte probata putauit, quod libertatis est philosophicae. Vehementer, id vnum displicuit, quod contra suam conscientiam, si memini, generatim ait philosophos in ipso limine suae scientiae promittere certitudinem plenam et summam, ac vltra quam maius aliquid ac solidius ne cogitari quidem possit. De me certe talia vere dici non posse, testor omnes, qui me vel Halae, vel heic philosophiae disciplinas auspicantem audiuerunt. Nam asserta libelli, quem sequi libero sermone soleo, si qua possent huc trahi, non solum non dilato vel exsollo pluribus, sicut alia, verum etiam expresse interpretor, quod aiunt, restrictiue, saepiusque multis inter philosophandum et in logicis, et postea moneo, *summam certitudinem* cum *completa*, completam vere talem

talem cum ea, quae videatur completa sub demonstrationis, quam dicunt, pallio, non confundendas esse, summam hominis omnino non esse, completam non adeo late patere, vel per ipsos matheseos et philosophiae campos, ac iis appareat, qui veram a spuria luce in sideribus primae magnitudinis inter eruditos satis distinguere nesciunt.

Nunc autem veniam ad id, cuius potissimum causa pertinet ad scriptionem hanc, quam manibus tenemus. Quam citus est rerum humanarum circulus! Quam repentina vicissitudo! Nondum annum quadragesimum viuendo attigi, tamen iam expertus sum philosophiam aliquam, Leibnitio-Wolfianam dico, primum impugnari armis, quae paene sancta credebantur ac inuiolabilia, mox iudicabantur a plurimis imbellia. Non ita multo post videbatur ea veluti triumphare. Nunc iisdem eadem argumentis sensim imperitur, quae tamen ideo, quia noua videntur aliquibus iam denuo quibusdam iudicantur fortissima. Quum interessem lectionibus antiwolfianis canicularibus per postremos annos, in quibus Halae habebantur, vix a risu sibi temperabant plurimi, quando contra principii rationis sufficientis vniuersalitatem et entia simplicia disputabat bonus senex, adeo friuola censebantur, quae

profe-

proferebat. Et ecce! iam eadem recoquuntur, etiam ab eorum aliquibus, qui philosophiam dictam ambabus quasi manibus, ante paucos annos amplexi sunt. Neque mirabimur, si nouimus hominem. Quae per praeconceptam aliquam opinionem primum arripuimus, ad certam disciplinam, velut ad scopulum, bona fortuna delati, licet ea sint verissima, serius tamen aut citius nobis verum gnauiter indagantibus reuocanda sunt iterum sub incudem, vbi tandem fiant suspecta, forsan et dubia. Quod si ne tunc quidem satis lente festinemus, argumenta contra primo probatam sententiam, se commendant gratia nouitatis, ad quam si accesserit spes quaedam ex minus ordinariis inclarescendi, non multo cautiorem, ac primus fuerat, assensum in contrarium rapiunt. Hinc ista perpendenti mihi quotidie nunc gratius illud vitae meae fatum accidit, quo nutritus inter alienos ab hac philosophandi ratione, contra eam moneri quae poterant, paene prius imbibi, quam ipsa eius praecepta. Nam inde factum est, vt non nisi multam et solicitam Post inquisitionem veri quaedam ex eadem, immo bene multa, mea facerem. Quae cum primis in annis, quibus docui, docenda essent in loco, vbi sane tunc nondum licebat ad auctoritatem

tanto-

tantorum virorum prouocare, quales sunt statores philosophiae, quam nominaui; sicut nunc aliqui sibi licitum autumant: eo magis mihi denuo necessarium fuit interna disserendorum argumenta circumspicere, ac ante ponderare, quam eorum publice sententiis accederem. Nunc enim id vtilitatis inde capio, vt non nunc demum fluctuare, vel omnino mutare sententiam opus sit, quod veri compulsus viribus facerem lubentissime. Dubitent alii de primo hoc cognoscendi principio, quod tanquam Leibnitianae philosophiae proprium consideratur; dubitent alii de primis fiendi Principiis contingentibus, quae eadem constituit, monadibus vel entibus simplicibus. Vtraque quondam negaui, de vtrisque dubitaui, meditatus sum, agnoui vera vtraque. Quae nunc, vt noua, venduntur contra veritatem vtriusque, ratiocinia pleraque, *dudum mecum ante peregi*. Videamus iam de primo. Nec illud ipsum dicitur impugnari, sed eius vniuersalitas, quasi fuisset vnquam Epicureus aliquis adeo, vt omnia ratione destitui somniauerit. Quicquid videatur a Leibnitio philosophiae nouiter donatum, quicquid impugnatum vnquam est, ipsa haec est vniuersalitas. Quam non exsistentibus tantum, sed et possibilibus omnibus, sine exceptione, recte coextendi iudico.

Proba-

Probationem postulas immo demonstrationem. Quid? si principium rationis inter propositiones indemonstrabiles referrem, de quibus complete certus fias, intellectis modo terminis. Non refutabor tua negatione certitudinis. Quid enim si nondum intelligeres terminos e. g. rationem et rationem sufficientem, positiuam et negatiuam, optimam et minus bonam, legitimam et illegitimam, tibi notam et incognitam confundens. Vetus dictum est: Dimidium esse maius, quam totum. Solet tamen a multis inter propositiones indemonstrabiles referri, totum esse maius qualibet sua parte. Quid? si dicerem propositionem identicam esse: omne possibile habet rationem? Vtinam talia nunquam de minus euidentibus asseuerarentur! Sed sit propositio demonstratiua, possem demonstrationem dare ex sequentibus demum in systemate, quales citationibus vltimis, ad §. 20. subinnui. Praestat autem vtique demonstratio naturaliter sequentia non praemittens, si dari possit. Autumo talem esse, quam §. 20. primam vberius paullulum exposui. Hanc viros eruditos aliquos duplici via deprehendo vocantes in dubium. Primo putant aliqui, iam in eadem supponi rationem omnis possibilis, de qua tamen adhuc quaeratur. Age, videamus, quid hic sibi velit, quod imputatur

tatur mihi, *supponi*. Mihi sane supponere videor ea tantum, quae iam existentia, saltim possibilia iudico. Iam vero perlegamus, quaeso, demonstrationem, an in ea rationem possibilis vnquam vel possibilem iudicem ante, quam absoluta est demonstratio apogogica, i. e. ante, quam detexi aliquid sine ratione contradictorium esse. Quod dico, aut nihil, aut aliquid esse, non id, profecto, suppono, ne possibile quidem esse iudicans, quod sub disiunctione expresse enuncio, vel impossibile esse, vel possibile. Ita vero rationem omnis possibilis per totum demonstrationis ambitum consideraui, totaliter indeterminatam, cuius ne determinaui quidem possibilitatem, donec id necessario fieri debere docuit demum demonstrationis conclusio. Dic, amabo, vir optime, putaresne me iam in te supponere eruditionem, si dicerem eruditionem tuam aut nihil, aut alipuid? Alteram viam ingressi sunt, quibus non omnino satisfecit demonstratio. §. 20. labefactantes eandem, quod logici dicunt, per comparationem, dum putant eodem, quo sum vsus, modo probari posse, quae vel ipse ego falsa esse concesserim. Horum caussa supplebo nunc, quae meris citationibus sufficienter in animum reuocari posse iudico per ipsam opusculi lectionem, §. 20. viua

voce

voce soleo dilucidius exponere: Si nihil foret ratio alicuius possibilis, nihil foret ex quo cognosci posset cur quoddam possibile sit. §. 14. Ex quo cognosci potest, cur aliquid sit, id ipsum cognosci potest, est cognoscibile et repraesentabile. Ergo si nihil foret ratio alicuius, nihil foret repraesentabile et aliquid. §. 8. c. a. Iam ipse mihi formabo comparandum exemplum, cuius ipse largior esse falsam conclusionem, qua possum inde refutans vim obiectionis: Ponamus, *omne possibile habet extensionem*. Nego propositionis vniuersalitatem. Tu mecum negas, sed statuis eodem eam modo quasi demonstrari posse, ac rationem omnis possibilis, et inde infers, nec rationem omnis possibilis rite demonstratam esse. Similitudinem probationis ita declaras: *Omne possibile aut habet extensionem aut minus* §. 10. Concedo. *Si habet extensionem, aliquid est eius extensio*. §. 8. Concedo. *Si non habet, nihil est eius extensio*. §. 11. Concedo. *Ergo omnis possibilis extensio aut nihil est, aut aliquid*. §. 10. Concedo. *Si nihil foret extensio alicuius possibilis, foret nihil aliquid*. Hic iam est Rhodus, hic, ne saltum illegitimum committas, hoc opus, hic labor est, vt eadem euidentia, qua ego,

ego, partim in libello citationibus partim, nunc expressius rationius declaraui meae maioris consequentiam tu tuae probes. Ego nego hanc et in hoc articulo dissimilitudinem meae demonstrationis a comparatis quibuscunque reor ponendam esse. Si extensionem alicuius possibilis ponam nihil impossibilem, irrepraesentabilem, id est, si prius vltimae tuae propositionis hypotheticae ponam: tamen nondum video, cur cogar ponere consequens, quod absurdum esse concedo, donec probaueris pari cum certitudine extensionem alicuius possibilis impossibilem, simul tamen esse debere repraesentabilem, ac ego probaui rationem alicuius possibilis, quam nihil dicere principium rationis vniuersale negans per praemissas cogeris, eo ipso, quod ratio dicitur admitti simul debere cognoscibilem, repraesentabilem, hinc aliquid et possibilem.

Tangam et breuiter, vti locus iubet obiectiones non meam quidem demonstrationem peculiariter, demonstratam tamen in eadem veritatem impugnantes. Obiicis: Si principium rationis esset vniuersale, primae notae rerum haberent rationem, et esset primo prius. Resp. Ne incurramus in lepidum comici dictum: *Rideo hunc. Primum ait se scire, is solus nescit omnia*: distinguenda semper est

est ratio, ratioque nobis speciatim et iam et per singula eundo cognita. Primae, relatiue scilicet et respectiue ad cognitionem humanam, eamque claram, notae rerum, habent tamen adhuc rationem, licet nobis, qua reliqua sua praedicata, non ita cognitum, vt eam ab aliis satis possimus distinguere. Hinc est primo in cognitione humana clara distinctaque semper prius, non nisi subobscure cognoscendum ab hominibus. Generosarum omnium familiarum capitibus genealogicis primis sunt maiores priores. Primum autem ens absolute tale non abstrahit, non reflectit, hinc nunquam deducitur ad notas absolute primas, quoniam omnia distinctissime scit ex omnibus.

2) Possemus cum ratione sufficiente rei attributa tribuere, quae non habet. R. Nouam vitemus ambiguitatem. Optimum quodvis et legitimum in aliquo genere solet ita sibi nomen generis, ad quod pertinet, in communi loquendi ratione vindicare, vt minus bona, minus legitima tunc eodem generis nomine, velut indigna priuentur licet aptis vere conueniat definitio generis. Ita nobili loco natus omni virtute destitutus nobilis miles timidus et fugitiuus miles, pater in liberos crudelis pater esse negatur. Hinc

est fieri secundum rationem sufficientem, quod minus recte fit, assuetis optimam et legitimam tantum rationem sufficientem huius nomine, quasi vero titulo condecorare. Quia, oderunt quidam sine caussa, an negabis etiam omnium contingentium esse caussam? Quaeramus potius, sine vocabulorum tricis, quando falsa rei attributa assigno, an hic meus error, priuatio, talis est, vt ex alia ratione sufficiente priuatiua possit intelligi? Quam quaestionem affirmo, priuatiuamque rationem sufficientem inuenio meum errorem, quo habui pro essentia rei, quae non est. Huius erroris est denuo priuatiua ratio sufficiens, illusio ingenii essentiam rei veram cum spuria confundentis, et huius tandem, defectus acuminis. Exemplum sit logico logicorum multorum error, quo figurae quartae putarunt attributum esse, vt enascatur, si maior primae figurae assumatur, propter perperam et confuse perspectam aliquam quartae figurae definitionem realem, quod sit inuersa prima.

3) errorum etiam esset ratio sufficiens. R. Est vtique in subiecto verum cum falso confundente, licet non sit, in obiectis veris. Errorum concatenatorum ratio sufficiens prima in certa errorum serie est

Pseudos, dudum ab orthodoxis agnitum polemicis.

4) essentiae rerum haberent etiam rationem sufficientem. R. Habent in essentialibus eas constituentibus, vti totum in partibus, et haec iterum essentialia si non habent rationem sui sufficientem internam in eo cuius sunt essentialia, habent tamen eandem extra ens, de quo quaeritur, certe tandem in intellectu summo. Dei vero essentia sunt ideo omnes eius perfectiones internae, quia singulae sibi sunt in ratione reciproca rationum et ratiocinatorum, dum singulae summae possunt ex singulis summis concipi.

5) usus virium entis spontanei tunc etiam haberet rationem sufficientem, si in malum verteretur. Haec est ars controversiae, quae recentissimam etiam theodiceam male habuit. Age, fingamus libertatem aliquam esse potentiam aliquid non nunquam decernendi sine ratione sufficiente. Quid vrgabimur? Hoc, inquis, vt peccata non habentia rationem sufficientem in statu antecedente peccatori prorsus non sint necessaria, hinc auctori possint aequius imputari. Ego vero neutrum video. Si necessarium eo modo sit vt sit imputationis incapax, quicquid rationem sufficientem habet in statu antecedente, peccatorum eadem restabit recta necessitas ex praecario

cario sumta libertatis notione non minus. Habentium rationem sufficientem in statu antecedente, ac ex nostra, quia eorum ratio sufficiens erit proxima tunc ea potentia quam descripsimus, iam coexistens in statu antecedente, quaque tamen in aliquid sine ratione sufficiente sua non potuit non illud aliquid existere, non sine ratione sufficiente, sed rationem sufficientem habens in illa potentia, quae aliquid potest sine ratione sufficiente decernere, interim sit tamen vsus virium sine ratione sufficiente. Hic saltim, vsus virium nisi eugenius, quem producit, imputari nobis aequius poterit. Quid? dissentientes amicissimi, aequius. In nobis rationem habebit ratio condemnationis peccatum, aut maius vsus virium, cuius tamen nulla fuisse ratio conceditur? Egone puniar, vt auctor, i. e. rationem continens facti vel abusus virium, quae tamen eodem halitu negantur habere rationem? Quid ad me, quae casu puro fiunt? An apud iudicem aequissimum casum merum praestem? Adeste iureconsulti, huiusque estis, omnes, et decidite, num solutus, sit nodus Gordius. Quaeritur de reo criminis perduellionis, latis iudene, maiorum perduellium illig. Quibusdam non liquet, an in eum poena cidat ordinaria, quia videatur coactus ad hostilitatem publicam, et quodam modo necessitatus. Ihitur actor eumque poenam ordinariam, optimo iure

mereri probat, ex eo, quod haec hostilitas casu mero contigerit. Mihi magis consentanea videtur haec sententia: Vsus virium in malum libere latarum habet rationem sufficientem in non vsu virium in optimum ferendarum. Nam omnis substantia, omnis spiritus est semper agens aliquid. Hic non vsus virium in optimum ferendarum habuit rationem sufficientem in arbitrio et libertate finita ac limitata, quae potuit vigilare moraliter, μὲν εὐλαβοίας, potuit dormire optimi incuria, sed a primo momento somni moralis, ad cuius oppositum obligabatur, peccans et rea, propter defectum rectitudinis vincibilem.

Verum non est morandus lector in limine diutius. Breuibus addam, ne desim officio grati animi testificationes, quas viris celeberrimis clarissimisque debeo, qui partim simul curarunt, vt haec emendatiora prelis exeant, partim per diuersas academias hoc, quicquid est opusculi dignum iudicarunt, cuius filum in doctissimis, quas habent, acroasibus sequerentur. Scribebam Traiecti cis Viadrum, a. d. XII. Sept. cIↃ cIccxxxxviiii.

Syno-

Synopsis

I.) Prolegomena metaphysica, §. 1. 3.

II.) Tractatio.

1) Ontologia P. I.

A) Prolegomena ontologica §. 4. 6.

B) tractatio de prædicatis entium

a) internis.

α) vniuersalibus C. I.

א) possibile S. I. §. 7-18.

ב) connexum S. II. §. 19-33.

ג) ens S. III. cuius determinationes

𝔄) vel realitates, vel negationes §. 34. 36.

𝔅) vel externae, vel internae §. 37. 38. & haec

𝔞) vel essentialia, vel affectiones §. 39-66.

𝔟) vel quantitates, vel qualitates §. 67. 71.

ד) vnum S. IIII. §. 72.

ה) ve-

ה) verum, vbi
A) de ordine, S. V. §. 78-88.
B) de vero, S. VI. §. 89-93.
ו) perfectum S. VII. §. 94-100.
Disiunctiuis, C. II.
א) necessarium & contingens S. I. §. 100-123.
ב) mutabile & immutabile S. II. §. 124-134.
ג) reale & negatiuum S. III. §. 135-147.
ד) singulare & vniuersale, S. IIII. §. 148-154.
ה) totale & partiale vbi
A) de toto et partibus S. V. §. 155-164.
B) prima matheseos intentorum principia S. VI. §. 165-196.
ו) substantia & accidens vbi
A) de substantiis & accidentibus S. VII. §. 191-204.
B) de statu S. VIII. §. 205-223.
ז) simplex & compositum,
A) generatim S. VIIII. §. 224-229.
B) speciatim de monade S. X. §. 239-245.
ח) finitum & infinitum, S. XI. §. 246-264.
ט) externis. relatiuis C. III.
א) idem & diuersum S. I. §. 265-279.
ב) simultaneum & successiuum, vbi
א) de simultaneis S. II. §. 280-296.
ב) de successiuis, S. III. §. 297-306.
ג) caussa & caussatum,
A) in genere S. IIII. §. 307-318.
B) in specie vbi
A) de caussa efficiente S. V. §. 319-335.
B) de vtilitate S. VI. §. 336-340.
C) de reliquis caussarum generibus S. VII. §. 341-346.
ד) signum & signatum S. VIII. §. 347-350.
2) Cosmologia P. II.
A) prolegomena §. 351-353.
B) tra-

B) tractatio de mundi
a) notione C. I.
α) affirmatiua S. I. §. 354-379
β) negatiua S. II. §. 380-391
b) partibus C. II.
α) simplicibus S. I.
א) in genere §. 392-401.
ב) in specie de Spiritibus §. 402-405.
β) compositis
א) geneſi ex elementis S. II. §. 406-429.
ב) natura S. III. §. 430-435.
c) perfectione C. III. eiusque
α) subiecto, quale mundus optimus, cuius obseruatur
א) idea S. I. §. 436-447.
ב) substantiarum commercium, & eius explicandi ſyſtemata S. II. §. 448-465.
β) mediis
א) naturalibus S. III. §. 466-473.
ב) supernaturalibus
א) generatim S. IIII. §. 474-485.
ב) speciatim de possibilitate supernaturaliũ hypothetica, S. V. §. 482-500.
3) Psychologia P. III.
A) prolegomena §. 501-503
B) tractatio de Psychologia
a) empirica. C. I. de animae
α) exsistentia S. I. §. 504-518.
β) facultatibus
א) cognoscitiua
א) inferiori
ב) in genere S. II. §. 519-533
ב) in specie de
sensu S. III. §. 534-556
phantasia S. IIII. §. 557-571.
perspicacia S. V. §. 572-578.
memoria S. VI. §. 579-588.
facultate fingendi S. VII. §. 589-594.
praemissione S. VIII. §. 595-605.
iudicio S. VIII. §. 606-669
prae-

Praelagitione S. X. §. 610-618

facultate characteristica S. XI. §. 619-623.

B) superiori

a) generaim de intellectu S. XII. §. 624-639.

b) specialim de ratione S. XIII. §. 649-650.

c) appetitiua

A) in genere vbi de

a) indifferentia S. XIIII. §. 651-655.

b) voluptate & taedio S. XV. §. 656-662.

c) appetitione & auersatione S. XVI. §. 663-675.

B) in specie de

a) inferiori S. XVII. §. 676-688.

b) superiori

1) voluptate & nolluntate S. XVIII. §. 689-699.

2) libertate, ejusque

A) praesuppositis

a) spontaneitate, S. XVIIII. §. 700-707

b) arbitrio S. XX. §. 708-718.

B) natura S. XXI. §. 719-732.

commercio cum corpore S. XXII. §. 733-739.

b) rationali C. II. vbi de animae

α) natura S. I. §. 740-760.

β) commercio cum corpore S. II. §. 761-769.

γ) origine S. III. §. 770-775.

δ) immortalitate S. IIII. §. 776-781.

ε) statu post mortem S. V. §. 782-791.

ζ) comparatis animabus non humanis

א) brutorum S. VI. §. 792-795.

ב) spiritibus S. VII. §. 796-799.

4) Theolgia naturalis P. IIII.

A) prolegomena §. 800-800.

B) tra-

B) tractatio de dei

a) conceptu C. I. in quo consideratur

α) existentia S. I. ad quam refertur

realitas §. 803 - 820.

vnitas §. 821.

veritas §. 822.

necessitas §. 823 - 827.

sanctitas §. 828 - 829.

substantialitas §. 830.

omniporentia §. 831 - 837.

simplicitas §. 838.

immutabilitas §. 839 - 842.

infinitudo §. 843 - 845.

vnicitas §. 846 - 848.

aeternitas §. 849 - 856.

impassibilitas §. 851

natura §. 852 - 860.

immensitas §. 861.

incomprehensibilitas §. 862.

β) intellectus S. II.

exsistentia §. 863 - 865.

obiecta §. 866 - 878.

infallibilitas §. 879.

certitudo subiectiua §. 880. 881.

sapientia §. 882 - 888.

omniscientia §. 889.

γ) voluntatis S. III.

α) proportionalitas §. 890 - 894.

β) libertas §. 895 - 899.

γ) imperscrutabilitas §. 900.

δ) rectitudo §. 901, 902.

ε) bonitas

ζ) fidelitas §. 903 - 905.

η) iustitia

α) remuneratoria §. 906 - 907.

β) punitiua §. 908 - 916.

θ) impartialitas §. 917. 918.

ι) sinceritas §. 919 - 925.

b) operationibus C. II.

α) creatione S. I.

β) obiectum §. 926 - 941.

γ) finis S. II. §. 942 - 949.

δ) prouidentia S. III.

κ) con-

A) conseruante §. 958-953.
B) concurrente §. 954-962.
C) gubernante §. 963.
D) malum
A) impediente §. 964-968.
B) permittente §. 669-970.
E) regente §. 971-975.
F) decernente. S. IIII. §. 976-981.
G) reuelante S. V. §. 982-1000.

Erratum.

PROLE-

PROLEGOMENA METAPHYSICORVM.

§. 1.

METAPHYSICA est scientia primorum in humana cognitione principiorum.

Ad metaphysicam referuntur ontologia, cosmologia, psychologia, et theologia naturalis.

METAPHYSICA NATVRALIS est cognitio rerum in metaphysica occurrentium solo vsu acquisita, cui accedere artificialem §. 1. definitam vtile est: 1) Ob euolutio-

A nem

PROLEGOMENA.

nem conceptum. 2) Ob determinationem conceptionemque primarum propositionum. 3) Ob continuationem certitudinemque probationum. e.

PARS I.

ONTOLOGIA.

PROLEGOMENA

§. 1.

ONTOLOGIA * (ontosophia, metaphysica, cf. §. I. metaphysica vniuersalis, architectonica, philosophia prima,) est scientia praedicatorum entis generaliorum.

* Die Grund-Wissenschaft.

§. 2.

Entis praedicata generaliora sunt principia cognitionis humanae principia, ergo ontologia refertur §. 2. cum ratione ad metaphysicam, §. 1, 4.

§. 3.

Ontologia continet praedicata entis, §. 1) interna 1) vniuersalia, quae sunt in singulis, 2) disiunctiua, quorum alterutrum est in singulis; II) relatiua.

CAP.

CAPUT I.

PRAEDICATA ENTIS INTERNA VNIVERSALIA.

SECTIO I.

POSSIBILE.

Nihil negatiuum, cf. §. 5. repraesentabile, impossibile, repugnans, absurdum, cf. §. 13.) contradictionem inuoluens, implicans contradictorium est A et non A seu, praedicatorum contradictoriorum nullum est subiectum, seu nihil est, et non est. O = A + non A. *Haec propositio* dicitur *principium contradictionis*, et *absolute primum*.

§. 8.

Nonnihil est ALIQVID: repraesentabile, quicquid non inuoluit contradictionem, quicquid non est A et non-A, est POSSIBILE. §. 7.

Etwas. Möglich.

§. 9.

A et non-A non est aliquid, §. 8. hinc est nihil et contradictorium, §. 7. s. subiectum implicans nulla habet praedicata, siue, quicquid est et non est, nihil est. A + non A = O.

PRINCIPIA.

§. 11. Omne possibile est aut A, aut non-A, aut neutrum, & & iam neutrum est nihilum, quia esset vtrumque §. 9. Ergo *omne possibile aut est A aut non-A*, seu, omni subiecto, ex omnibus praedicatis contradictoriis alterutrum conuenit. *Haec propositio* dicitur *principium exclusi tertii, seu medii inter duo contradictoria.*

§. 12. Omne possibile A est A, seu *quicquid est illud est*, seu, omne subiectum est praedicatum sui. Si negas: quoddam possibile A est non-A, §. 10. hinc A et non A seu nihil, §. 7. quod impossibile, §. 8. *Haec propositio* dicitur *principium positionis seu identitatis.*

§. 13. Posito impossibili, ORITVR CONTRADICTIO. Quod non tantum videtur sed et est, VERVM * quod tantum videtur, non est, APPARENS ** dicitur. Hinc orta contradictio vel vera est, vel apparens.

* Enthält ein Widerspruch, ** Wahr. nur scheinend

§. 14. Posito A et non-A oritur contradictio, §. 9, 12. Posito A et B, quo posito ponitur non-A, ponitur impossibile, §. 9. hinc oritur

oritur CONTRADICTIO. §. 12. prior PATENS (directa, immediata et explicita) posterior LATENS (indirecta, cryptica, mediata et implicita) vocatur. In quo vera contradictio patet, ABSVRDVM * est (absonum).

* Ein offenbarer. ** Ein verstecketer Widerspruch. *** offenbar falsch.

§. 14.

RATIO, cf. §. 640. (conditio, hypothesis,) est id, ex quo cognoscibile est, cur aliquid sit. Quod rationem habet, seu cuius aliquid est ratio, RATIONATVM eius dicitur, et ab eo DEPENDENS. Praedicatum, quo aliquid vel ratio, vel rationatum est, vel vtrumque NEXVS est.

* ein Grund. ** seine Folge, das in ihm gegründete. *** das von ihm abhängende. **** der Zusammenhang, die Verknüpfung.

§. 15.

Quod spectatur, sed non in nexu cum iis, quae extra illud ponuntur, SPECTATVRIN SE. Quod nec in se quidem spectandum repraesentabile est, est IMPOSSIBILE IN SE (intrinsecus, simpliciter, absolute, per se.) Quod in se spectatum est possibile, est POSSIBILE IN SE ** (intrinsecus, absolute per se, simpliciter.)

* wird an und vor sich betrachtet. ** an und vor sich, innerlich, schlechterdings unmöglich. *** an und vor sich, innerlich, unbedingt möglich.

§. I. C. I. S. II.

§. 16.

Quod in nexu etiam, cum aliquibus, quae extra illud ponuntur, tamen est possibile, est POSSIBILE HYPOTHETICE* (respective, relative, extrinsecus, per aliud, et secundum quid), bedingt, äusserlich, in einem gewissen Zusammenhange möglich.

§. 17.

Quod non, nisi in aliquo nexu cum iis, quae extra illud ponuntur, est impossibile, est IMPOSSIBILE HYPOTHETICE* (respective, relative, extrinsecus, per aliud, et secundum quid), bedingt, äusserlich, in einem gewissen Zusammenhange unmöglich.

§. 18.

Nullum absolute impossibile est hypothetice possibile, §. 16, 16. Ergo nullum hypothetice possibile est absolute impossibile.

Omne hypothetice impossibile et possibile est in se possibile, §. 17, 15. Ergo absolute impossibilia nec hypothetice possibilia sunt, nec impossibilia. Quoddam absolute possibile est hypothetice impossibile.

SECTIO II.

CONNEXVM.

§. 19.

Possibile in nexu i. e. in quo nexus est, cui nexus conuenit, CONNEXVM* (rationale)

le) est, in nexu impossibile est IRRATIONALE ** (inconnexum, incohaerens). Hinc irrationalia vel sunt in se, vel hypothetice impossibilia, §. 15, 17.

* zusammenhangend, verknüpft. ** ungereimt

§. 20.

Omne possibile aut habet rationem, aut minus, §. 10. Si habet rationem, aliquid est eius ratio, §. 8. Si non habet, nihil est eius ratio, §. 7. Ergo omnis possibilis ratio aut nihil est, aut aliquid, §. 10. Si nihil foret, ratio alicuius possibilis, foret ex nihilo cognoscibile, cur illud sit, §. 14. hinc ipsum nihilum repraesentabile et aliquid §. 8. nihil aliquid. §. 14, 8. Hinc quodcunque possibile impossibile, §. 7, 8. 9. a. §. 9. Ergo omnis possibilis aliquid est ratio, s. omne possibile est rationatum, s. *nihil est sine ratione*, seu, posito aliquo, ponitur aliquid eius ratio. *Haec propositio* dicitur *principium rationis*, quam colligas etiam ex §. 265, 270. partim abstrahendo, partim vitando circulum.

§. 21.

Ratio singulorum in aliquo est RATIO eius SUFFICIENS * (completa, totalis) aliquorum tantum in eodem ratio est ratio eius INSUFFICIENS * (incompleta, partialis.)

* der zureichende Grund. ** der unzulängliche.

§. 22.

Nihil est sine ratione sufficiente, seu, posito aliquo, ponitur aliquid eius ratio sufficiens. Singula in omni possibili habent rationem, §. 20. hinc omne possibile rationem sufficientem, §. 21. *Haec propositio* dicitur *principium rationis sufficientis* & conuenientiae.

§. 23.

Omne possibile est ratio, seu *nihil est sine rationato*, nihil sine corollario et auctoramento, nihil omnino sterile, otiosum, et infoecundum, seu posito aliquo ponitur aliquid rationatum eius. Nam omne possibile aut habet rationatum, aut minus, §. 10. Si habet, est aliquid rationatum eius §. 8, si non habet, nihil est eius rationatum §. 7. Ergo omnis possibilis rationatum aut nihil est, aut aliquid, §. 10. Si nihil esset rationatum possibilis alicuius, posset ex hoc cognosci, §. 14. hinc esset aliquid, §. 8, adeoque quoddam possibile impossibile, §. 7, 8 q. a. §. 9. *Haec propositio* dicatur *principium rationati.*

§. 24.

Omne possibile est ratio et rationatum, §. 20, 23. hinc nexu duplici §. 14. connexum et rationale, §. 19. tam a priori, quam a posteriori cognoscibile. *Haec propositio* dica-

CONNEXVM.

dicatur *principium vtrinque connexorum* (a parte ante, et a parte post.)

§. 25.

Ratio A rationis B, eſt ratio rationati C. Ex ratione rationis B cognoſci poteſt, cur C ſit, §. 23. hinc A eſt ratio rationati C, §. 14.

Rationatum C, rationati B, eſt rationatum rationis A, §. 25, 14.

§. 27.

Ratio A alicuius B, a quo dependet C, eſt huius C RATIO MEDIATA * (vlterior, remota,) RATIO non mediata eſt IMMEDIATA ** (proxima.)

* mittelbarer und entfernter

** unmittelbarer und nächſter Grund

§. 28.

RATIO SECUNDUM QUID * (intermedia,) dicitur, quae habet adhuc vlteriorem, quae non habet, SIMPLICITER TALIS ** (vltima.) RATIONES et RATIONATA alicuius vel ſpectantur, etiam vt rationes et rationata inter ſe, SUBORDINATA *** vel minus, COORDINATA. ****

* der Zwiſchen-Grund. ** der letzte Grund.

*** untereinander. **** neben einander ſtehende Gründe und Folgen.

A 5 §. 29.

Posito rationato, ponitur eius ratio aliqua, §. 20, 14. et sufficiens, §. 22. seu *a rationato ad rationem, et sufficientem, V.C.*

§. 30.

Posita ratione, hinc et sufficiente, §. 21. ponitur rationatum, §. 23. seu *a ratione, et sufficiente, ad rationatum V.C.*

§. 31.

Sublata ratione, et sufficiente, tollitur aliquid *rationatum*, quia posito hoc, poneretur et illa, §. 29.

§. 32.

Sublato rationato tollitur ratio eius, et sufficiens, quia hac posita poneretur et illud, §. 30.

§. 33.

A et B connexa tertio C sunt connexa inter se, A est connexum cum C connexo cum B, est ergo in A, de quo cognosci potest ex B, cur sit, hinc A et B sunt connexa, §. 19.

SECTIO III.

ENS.

§. 34.

Quod aut ponitur esse A, aut ponitur non esse A, DETERMINATUR. * Quod vero

vero tantum ponitur esse aut A, aut non A, est INDETERMINATUM. ** Seu, si de subiecto respectu praedicatorum contradictoriorum nil ponitur, nisi alterutrum ex illis ipsi conuenire, subiectum illud respectu horum praedicatorum est indeterminatum; determinatur autem, si alterutrum in subiecto ponitur. Quod determinari potest, est DETERMINABILE. *** De quo ergo aut poni potest, illud esse A, aut, illud esse non A, illud est determinabile.

* bestimmt. ** unbestimmt. *** bestimmlich.

§. 35.

Ratio determinandi est DETERMINANS. * Omnis ergo ratio, sufficiens sufficienter, insufficiens insufficienter, determinat, §. 34. 21. Hinc posito determinante ponitur determinatum, §. 30. et v. v. §. 29. Sublato determinato, tollitur determinans, §. 32. et v. v. §. 31.

* das bestimmende.

§. 36.

Quae determinando ponuntur in aliquo, (notae et praedicata) sunt DETERMINATIONES, * altera positiua, et affirmatiua, §. 34, 10. quae si vere sit, est REALITAS, altera negatiua, §. 34, 10. quae si vere sit, est NEGATIO. ** Negatio apparens

est REALITAS CRYPTICA, realitas apparens est VANITAS. ***

* Bestimmungen. ** Verneinungen. *** Eitelkeit.

§. 37.

DETERMINATIONES possibilis aut sunt in eo repraesentabiles, etiamsi nondum spectetur in nexu, ABSOLUTAE, * aut tunc demum, quando spectatur in nexu, §. 10, RESPECTIUAE ** (assumtiuae.) Determinationes possibilium respectiuae sunt RESPECTUS. *** (habitudines, τα προς τι, relationes latius dictae, vel ad extra, vel ad intra.) Respectus possibilium in iisdem in se spectatis non repraesentabiles sunt RELATIONES**** (strictius dictae, ad extra.) Relationes possibilium sunt eorundem DETERMINATIONES EXTERNAE, ***** (relatiuae, ad extra, extrinsecae) reliquae omnes, INTERNAE. ******

* dem möglichen an und vor sich betrachtet schon
** beziehungs-weise zukommende Bestimmungen *** Beziehungen. **** Verhältnisse.
***** äussre. ****** innre Bestimmungen.

§. 38.

Si in A sunt, quae in B, A et B sunt EADEM. * Non eadem sunt DIUERSA ** (alia.)

* einerley. ** verschieden.

§. 39.

ENS.

§. 39.

DETERMINATIONES possibilis internae, aut sunt internarum reliquarum rationes in internis simpliciter, tales, aut minus, §. 10. Illae sunt PRIMAE, (principes) siue ESSENTIALIA. *

* die ersten oder wesentlichen Bestimmungen.

§. 40.

Complexus essentialium in possibili, seu possibilitas eius interna est ESSENTIA * (esse rei, ratio formalis, natura, cf. §. 430. quidditas, forma, formale totius, ουσια, τινοτις, substantia, cf. §. 191. conceptus entis primus.)

* das Wesen.

§. 41.

Determinationes possibilis internae, rationata essentiae, sunt AFFECTIONES *

* innere folgende Bestimmungen.

§. 42.

Determinatio interna, quae non est essentiale, est rationatum essentiae, §. 39, 40. hinc affectio, §. 41.

§. 43.

Posita in possibili essentia ponuntur affectiones, §. 41, 30.

§. 44.

Positis in possibili affectionibus ponitur essentia aliqua §. 41, 29.

§. 45.

§. 45.

Sublata essentia tolluntur aliquae affectiones, §. 41, 31.

§. 46.

Sublatis affectionibus tollitur essentia, §. 41, 32.

§. 47.

Omnes determinationes internae possibilis sunt inter se connexae, singulae cum singulis. Affectiones enim connectuntur singulae cum essentialibus, §. 39. haec cum essentia, §. 40, 14. Hinc singulae determinationes cum singulis, §. 33.

§. 48.

NEXVS (harmonia) VNIVERSALIS * est, qui est in singulis.

* ein allgemeiner Zusammenhang.

§. 49.

In determinationibus possibilis internis est nexus vniuersalis, §. 47, 48.

§. 50.

Affectiones habent rationem in essentia, §. 41. hinc aut sufficientem, aut minus, §. 21, 10. Illae sunt ATTRIBVTA * hae MODI ** accidentia praedicabilia, s. logica, cf. §. 191. adiuncta, praedicata secundaria.)

* Eigenschaften. ** Zufälligkeiten.

§. 51.

§. 51.

ATTRIBVTA rationem sufficientem habent aut in omnibus essentialibus, aut in aliquibus tantum, §. 50, 10. Illa PROPRIA* sunt, haec COMMVNIA.**

* besondre. ** gemeine.

§. 52.

Omnis possibilium determinatio aut est essentiale, §. 39. aut attributum, aut modus, §. 42. aut relatio, §. 37.

§. 53.

Omne possibile determinatum est, qua possibilitatem, §. 34. 8. hinc in se possibile, qua possibilitatem internam, §. 15. quae quum sit essentia, §. 49. omne possibile habet essentiam, determinatum, qua essentiam. Ergo omnimode indeterminatum nihil est, §. 7.

§. 54.

Possibile praeter essentiam §. 53. aut est determinatum, qua omnes affectiones etiam in ipso compossibiles, aut minus, §. 34. 10. Illud est ACTVALE,* hoc NON ENS (nihil cf. §. 7.) PRIVATIVVM (mere possibile)** vocatur.

* wurcklich ** das bloss mögliche, ein mögliches Nichts.

§. 55.

EXISTENTIA,* (actus, cf. §. 210. actualitas) est complexus affectionum in aliquo com-

compossibilium i. e. complementum essentiae siue possibilitatis internae, quatenus haec tantum, vt complexus determinationum spectatur, §. 40.

* Würklichkeit.

§. 56.

Omnis determinatio possibilis interna aut pertinet ad essentiam ejus, aut ad existentiam, §. 55, 42.

§. 57.

Omne actuale est interne possibile, §. 54. seu posita existentia ponitur interna possibilitas, §. 55, 40. ab esse ad posse V. C.

§. 58.

Nullum interne impossibile est actuale, §. 57. sublata possibilitate interna, tollitur actualitas, §. 55, 40. seu, a non posse ad non esse V. C.

§. 59.

Quoddam possibile non est actuale, §. 54. seu posita possibilitate quadam tamen tolli potest actualitas, seu a quodam posse ad esse N. V. C.

§. 60.

Quoddam non actuale est possibile, §. 59. sublata actualitate non omnis tollitur possibi-

sibilitas, seu a non esse ad omnino non posse N. V. C.

§. 61.

Possibile, qua existentiam, determinabile est ENS. *

* ein Ding.

§. 62.

NON ENS * (negatiuum cf. §. 54.) esset possibile, qua existentiam, non determinabile, §. 61. At hoc impossibile, §. 10, et, si videtur esse ens, est ENS FICTUM ** (rationis ratiocinantis, cf. §. 647.).

* ein Vnding. ** ein erdichtetes Ding.

§. 63.

Omne ens est possibile, §. 61. rationem §. 20. sufficientem habet §. 22, et ratonatum, §. 23. hinc dupliciter connexum est, §. 24. habet essentiam, §. 53. et essentialia, §. 40. hinc affectiones, §. 43. in vniuersali nexu, §. 49. Omnes entis determinationes aut sunt essentialia, aut attributa, aut modi, aut relationes, §. 52. Posito ente, ponitur essentia eius, hinc essentialia omnia. Sublata essentia, tollitur ens. Sublato essentiali, tollitur essentia, hinc ens ipsum, §. 53, 40. Omnis denique determinatio entis interna aut pertinet ad essentiam eius, aut ad exsistentiam, §. 56.

B §. 64.

§. 64

Per essentiam attributa entis sufficienter determinantur, §. 35, 50. hinc posita essentia ponuntur attributa, §. 35. Ergo posito ente ponuntur attributa eius, §. 63. sublato attributo tollitur essentia et ens, §. 35, 63.

§. 65.

Modi entis per essentiam non sufficienter determinantur, §. 50, 35. hinc non determinantur, qua existentiam, §. 55. Ens ergo, qua modos actuales, per essentiam est indeterminatum, §. 34, 54. i. e. *modi possunt abesse et adesse salua rei essentia.*

§. 66.

Existentia non repugnat essentiae, sed est realitas, §. 36. cum ea compossibilis, §. 50, 55.

§. 67.

Cognitio diuersitatis est DISTINCTIO, * et ratio distinctionis in distinguendo DISCRIMEN (differentia, character, character distinctiuus latius dictus, cf. §. 350. nota, nota characteristica.) ** Iam omnis determinatio entis est id, ex quo cognosci potest, ens illud nec indeterminatum, nec alio modo determinatum esse, §. 36, 34.

ENS 19

34. Ergo omnis determinatio est discrimen entis, §. 38, 14.

* Vnterscheidung. ** Vnterscheid, Merkmahl, Kennezeichen, Vnterscheidungs-Zeichen.

§. 68.

Discrimina entis sunt vel externa seu relatiua, vel interna §. 67, 37. et haec vel essentialia, quae pertinent ad essentiam, vel accidentalia, quae ad existentiam, §. 56. vel absoluta, vel respectiua, §. 37.

§. 69.

Discrimina interna possunt repraesentari in ente in se spectato, §. 68, 37. hinc quomodocunque cognosci, seu DARI. Data vel possumus etiam (sine compraesentia) sine assumto alio, sine relatione ad aliud, CONCIPERE ** et intelligere, i. e. distincte cognoscere, vel non possumus. Illa sunt QUALITATES, *** haec QUANTITATES. ****

* angegeben werden. ** begreifen und verstehn. *** Beschaffenheiten. **** Grössen.

§. 70.

Qua qualitatem eadem sunt SIMILIA ∼, * qua quantitatem, AEQUALIA =, ** qua vtramque, CONGRUENTIA ≅. *** Qua qualitatem diuersa, DISSIMILIA ∿, **** qua quantitatem, INAEQUALIA ≠, ***** qua

qua vtramque diuersa, DISCONGRUENTIA ⊥. ******

*** gänlich. *** gleich. *** gleichartig.

**** unänlich. **** ungleich.

***** ungleichartig.

§.

Mere similia non sunt congruentia, hinc quantitate differunt, §. 70. hinc quantitas est discrimen internum mere similium.

SECTIO IIII.

VNUM.

Determinationes entis SEPARANTUR, * si ex simul positis quaedam tolluntur. Hinc INSEPARABILES ** sunt, quarum simul positarum nulla potest tolli.

* werden getrennt. ** unzertrennlich.

§. 73.

Posito ente ponitur essentia, §. 63. ergo complexus essentialium, §. 40. hinc posito ente simul ponuntur essentialia omnia, et ita quidem, vt nullum possit tolli, §. 63, 40. Ergo essentialia entis sunt per se inseparabilia, §. 72, 15. VNVM * est, cuius determinationes sunt inseparabiles, et TRANSCENDENTALITER ** quidem, cuius

ius determinationes sunt per se inseparabiles. *Ergo omne ens est vnum* transcendentale.

* Ens. ** wesentlich eins.

§. 74.

A vnum, et B vnum e. c. partim eadem, partim diuersa sunt MULTA. * Quicquid cogitemus, aut sunt multa, aut non multa, §. 10. Prior determinatio est MVLTITVDO, (pluralitas) ** posterior VNITAS CATEGORICA. ***

* Viele. ** die Vielheit, Mehrheit. *** die Einheit.

§. 75.

Determinationes entis singulae sunt vna, §. 73, partim eaedem, dum sunt determinationes eiusdem entis, partim diuersa, §. 38. hinc multa, §. 74. Potest ergo multitudo dari in ente in se spectato, §. 69. et est eius discrimen internum, §. 37. quod tamen intelligere non possumus, nisi vno alio assumto, §. 74, 38. hinc multitudo est quantitas, §. 69.

§. 76.

Inseparabilitas determinationum quum sit impossibilitas separationis, §. 72, est vel absoluta, vel hypothetica, §. 15, 16. Hinc vnitas est vel absoluta, vel hypothetica, §. 73.

§. 77.

Quicquid est, quod multa non sunt, est VNICVM (vnum exclusiue tale.) *

* Eintzig.

SECTIO V.

ORDO.

§. 78.

Si multa iuxta vel post se invicem ponuntur, CONIVNGVNTVR. * Coniunctio plurium vel est eadem, vel diuersa, §. 10, 38. Si prior, est COORDINATIO, ** et eius identitas ORDO. *** Ordinis scientia olim erat MVSICA LATIVS DICTA.

* verbunden werden. ** zusammenordnen.
*** Ordnung.

§. 79.

Diuersitas in coniunctione plurium est CONFVSIO (inordinatio.) * Coniunctio inseparabilium est VNITIO. **

* Vnordnung und Verwirrung. ** Vereinigung.

§. 80.

Omnis DETERMINATIO habet rationem, §. 20, 36. quaeque ex aliqua determinata ratione cognosci potest, RATIONI dicitur

dicitur CONFORMIS (conueniens, consentiens.) *

* dem Grunde gemäss, übereinstimmig und zukommend.

§. 81.

Si posito A tollitur B, A et B OPPOSITA sunt. *

* entgegen gesetzt, mit einander streitend.

§. 82.

Determinatio opposita illi, quae rationi conformis est, est rationi contraria (difformis, disconuenjens) seu DEFECTVS. *

* Mangel.

§. 83.

Propositio enuncians determinationem rationi conformem est NORMA (regula, lex) immo LATIVS, repraesentatio determinationis rationi conformis. *

* Richtschnur, Gesetz

Vbicunque determinationes, ibi leges, §. 83, 80.

§. 85.

Respectus entis ex coniunctione eius cum aliis determinatus est POSITVS. * Vbi ergo positus, ibi leges, §. 84, 37.

* Stelle.

§. 86.

Coniunctione determinatur positus, hinc sunt in coniunctione leges, §. 85. in eadem eaedem, §. 38. Ergo in ordine coniunguntur plura eidem rationi conformiter, §. 83, 78. Quod est in A et B, ipsis COMMVNE * est. Quod est in A, non in B, est, respectu B, τῷ A PROPRIVM. ** ergo in ordine sunt regulae communes.

* Gemein. ** Eigen.

§. 87.

In coniunctione diuersa diuersae sunt leges, §. 86, 38. Ergo in confusione non sunt leges communes, §. 79, 86.

§. 88.

Ordinis si regula fuerit vnica, SIMPLEX, * si plures, ORDO COMPOSITVS vocatur. **

* Eine einfache ** zusammengesetzte Ordnung.

SECTIO VI.
VERVM.

§. 89.

VERITAS METAPHYSICA * (realis, obiectiua, materialis) est ordo † plurium in vno, VERITAS in essentialibus et attribu-

tributis entis, TRANSCENDENTALIS. **

* die metaphysische Warheit. ** die nothwendige metaphysische Warheit.

§. 90.

Quum omnis entis determinationes coniungantur, essentiales secundum principium contradictionis, §. 40, 7. et accidentales, attributa secundum principium contradictionis, §. 64, 7. et rationis, §. 20, et sufficientis, §. 22, 50. modi secundum principium contradictionis, §. 65, 7. et rationis, §. 42, 20. essentialia et affectiones secundum principium rationati, §. 23, 41. hinc regulas communes, §. 83, 86. *omne ens est verum* transcendentaliter, §. 89.

§. 91.

Confusio veritati transcendentali opposita esset SOMNIVM OBIECTIVE SVMTVM * (cf. §. 593.) Somniorum aggregatum esset MVNDVS FABVLOSVS, ** (cf. §. 354.)

* ein Traum, das geträumte. ** das Land der Wünsche.

§. 22.

PRINCIPIA (cf. §. 307, 311.) CATHOLICA, * (vniuersalia) sunt singulis entibus communia. Metaphysice vera determi-

nantur principiis catholicis, §. 7, 20, 22, 23. conuenienter, §. 90, 80. et, quae determinantur his principiis conformiter, sunt metaphysice vera, §. 89. Hinc VERITAS METAPHYSICA potest definiri per conuenientiam entis cum principiis catholicis.

* allgemeine Grund-Sätze.

CERTITVDO OBIECTIVA (cf. §. 531.) est apperceptibilitas veritatis in ente. Iam omnis entis veritas est clare cognoscibilis, §. 90, 8. Ergo *omne ens est obiective certum.*

* Gewißheit der Dinge.

SECTIO VII.

PERFECTVM.

Si plura simul sumta vnius rationem sufficientem constituunt, CONSENTIVNT.* Consensus ipse est PERFECTIO,** et vnum, in quod consentitur, RATIO PERFECTIONIS, (focus perfectionis) DETERMINANS.***

* übereinstimmen. ** Vollkommenheit. *** Grund oder Brennpunct der Vollkommenheit.

§. 95.

Vid. Pag. 26.

§. 95.

In perfectione plura eidem rationi conformiter determinantur, §, 94, 80. ergo est in perfectione ordo, §. 78. et communes perfectionis regulae, §. 86.

§. 96.

Ratio perfectionis determinans si fuerit vnica, SIMPLEX, * si plures, COMPOSITA tunc est PERFECTIO, ** §. 88, 95.

* eine einfache. ** eine zusammengesezte.

§. 97.

REGVLAE oppositae COLLIDI * dicuntur, et defectus ex regulis perfectionis collidentibus EXCEPTIO, ** prout normae vel vera vel apparente tantum oppositione colliduntur, §. 81. vel vera, vel apparens, §. 12.

* mit einander streitende Richtschnuren.
** Ausnahme.

§. 98.

Consensus essentialium est PERFECTIO (essential.s) TRANSCENDENTALIS, * affectionum ACCIDENTALIS, ** vtraque INTERNA. *** Consensus relationum est PERFECTIO EXTERNA. ****

* wesentliche. ** innre ausserwesentliche.
innre. **** äusre.

§. 99.

Essentialia omnis entis consentiunt ad essentiam eius, §. 63, 40. et attributa, §. 50, 94. Ergo *omne ens est perfectum* transcendentaliter.

§. 100.

BONVM * est, quo posito ponitur perfectio. Ergo *omne ens est bonum* transcendentaliter, §. 99.

* guth.

CAPVT II.

PRAEDICATA ENTIS INTERNA DISIVNCTIVA.

SECTIO I.

NECESSARIVM ET CONTINGENS.

§. 101.

NECESSARIVM * est, cuius oppositum est impossibile, non necessarium est CONTINGENS. **

* nothwendig. ** zufällig.

§. 102.

Cuius oppositum in se impossibile est, est illud NECESSARIVM IN SE * (metaphysice,

physice, intrinsecus, absolute, geometrice, logice.) Cuius oppositum est extrinsecus tantum impossibile, est NECESSARIVM HYPOTHETICE ** (secundum quid.) Entis determinatio, qua necessarium est, est eius NECESSITAS. *** Ergo necessitas est vel ABSOLVTA **** (consequentis,) vel HYPOTHETICA ***** (consequentiae), illa, qua aliquid est in et per se, haec, qua aliquid est hypothetice tantum necessarium.

* an sich, schlechterdings, unbedingt nothwendig. ** bedingt nothwendig. *** Nothwendigkeit. **** die schlechterdings so genannte, (unbedingte.) ***** die bedingte.

§. 103.

Possibilitatis oppositum inuoluit, §. 81, 7. hinc possibilitas entis est determinatio eius necessaria, §. 101. intrinseca intrinsecus, extrinseca extrinsecus, §. 102.

§. 104.

Cuius oppositum absolute possibile est, est CONTINGENS IN SE * per se, intrinsecus,) cuius oppositum est etiam hypothetice possibile, est et EXTRINSECVS CONTINGENS ** (hypothetice.) Entis determinatio, qua contingens est, est eius CONTINGENTIA.*** Ergo contingentia est vel ABSOLVTA **** qua aliquid est saltim in

in et per se, vel HYPOTHETICA ***** qua aliquid est hypothetice contingens.

* an sich, schlechterdings (unbedingt.) ** auch bedingt und äusserlich zufällig. *** Zufälligkeit. **** die unbedingte, schlechterdings so genannte. ***** die bedingte.

§. 105.

Nullum absolute necessarium est ullo modo contingens, §. 102, 103. Ergo quicquid ullo modo contingens est, non est absolute necessarium. *Omne hypothetice necessarium est in et per se contingens*, §. 18. Ergo quoddam in et per se contingens est hypothetice necessarium. Omne hypothetice contingens est et in se, §. 104.

§. 106.

Essentiae rerum sunt in iis absolute necessariae, §. 40, 103.

§. 107.

Sublatis essentialibus et attributis tollitur essentia, §. 63, 64. hinc ponitur impossibilitas entis interna, §. 81, 40. Sunt ergo tam essentialia, quam attributa absolute necessariae entis determinationes, §. 103.

§. 108.

Modorum oppositum est in ente absolute possibile, §. 65, 81. hinc modi sunt determi-

terminationes entis in se contingentes, §. 104. Ergo non absolute necessariae, §. 105.

Absolute necessariarum in ente determinationum oppositum est in eodem absolute impossibile, §. 102. Ergo ipsae sunt in ente absolute possibiles, §. 81. hinc in eodem in se spectato repraesentabiles, §. 15. Relationes autem non sunt in ente in se spectato repraesentabiles, §. 37. Ergo nullae relationes entis sunt absolute necessariae, omnes contingentes, §. 101.

Quum existentiae oppositum in aliquo sit possibile, §. 54, 55. existentia aut erit absolute necessaria, aut in se contingens, §. 102, 16. Ens, cuius existentia est absolute necessaria, est ENS NECESSARIUM cuius existentia est intrinsecus contingens, est ENS CONTINGENS. **

* das nothwendige Ding. ** ein zufälliges Ding.

§. 110.

Omnes entis necessarii determinationes internae sunt absolute necessariae. Pertinent enim aut ad essentiam, aut ad existentiam, §. 56. Iam haec, quam illa est in ente necessario absolute necessaria, §. 109, 106.

§. 111.

In ente necessario non sunt modi, §. 110,

108. Ergo, cui modi insunt, est ens contingens, §. 109.

§. 112.

Omne ens contingens habet modos. Pone enim alicui enti contingenti nullos modos inesse; omnes affectiones eius sunt absolute necessariae, §. 52, 107 hinc et existentia eius absolute necessaria est, §. 55. q. a. §. 109.

§. 113.

Determinationes vnius sunt inseparabiles, §. 73. hinc cuiuslibet oppositum impossibile, §. 72, 81. sunt ergo determinationes vnius necessariae, §. 101. et absolute quidem absolute vnius, hypothetice hypothetice vnius, §. 102, 76. Vnita sunt necessario coniuncta, §. 79. vel in se, vel hypothetice, §. 102.

§. 114.

Necessaria sunt vnico tantum modo ac ratione determinabilia. Nam sunt aut A, aut non-A. Tertius modus tertia ratio determinabilitatis impossibilis est, §. 10. Iam pone necessarium esse determinabile per A; non-A. est huius determinationis oppositum, §. 81. hinc impossibile, §. 101. Non sunt ergo plures determinabilitatis modi ac rationes, praeter A vnicum, §. 107. Vnico tantum modo ac ratione determinabilia sunt A, oppositum eorum esset non

non A, §. 81, sed hoc impossibile est §. 77. Sint non-A, oppositum eorum esset A, §. 81, sed hoc impossibile est, §. 77. Tertium non datur, §. 10. Ergo vnico tantum modo ac ratione determinabilium oppositum est impossibile, adeoque ipsa necessaria sunt, §. 102. Contingentia non sunt necessaria, hinc nec sunt vnico tantum modo ac ratione determinabilia, nec pluribus ac duobus, §. 10. Sunt ergo duplici modo determinabilia. Duplici modo ac ratione determinabilia non sunt necessaria, hinc contingentia, §. 102. Possunt itaque definiri 1) NECESSARIVM, per vnico tantum, 2) CONTINGENS, per duplici modo determinabile, 3) NECESSITAS per vnicitatem, 4) CONTINGENTIA per duplicitatem determinabilitatis.

§. 115.

Vnum hypothetice tale habet determinationes in se separabiles, §. 76, 18. hinc vnitas eius est intrinsecus contingens, §. 104.

§. 116.

Vnitas transcendentalis est absolute necessaria, §. 73, 102. hinc nullum eius est oppositum, 102, 15.

§. 117.

Ordinis opposita quum sint confusio, §. 79, 78. et non facta coniunctio, §. 78, 81. ordo

ordo absolute necessarius est in per se necessario coniunctis, et quidem eodem modo, §. 107. Vbicunque ergo non est absolute necessaria ea coniunctio, quam coniunctionis identitas refert, ibi est ordo in se contingens, §. 104. §. 118.

Veritas transcendentalis est ordo in essentialibus et attributis, §. 89. hinc necessario per se coniunctis, §. 78, 167. et quidem eodem modo, §. 7, 22. hinc veritas transcendentalis est absolute necessaria, §. 117. et nullum habet oppositum, §. 102, 15. §. 119.

Ordo plurium in vno, quorum non coniunctio aut confusio est interne possibilis in ente, est veritas in se contingens, 117, 89. §. 120.

Somnium obiectiue sumtum et mundus fabulosus sunt nonentia, 118, 91. et si videantur entia, sunt entia ficta, §. 62. §. 121.

Perfectionis oppositum est IMPERFECTIO, * et quidem 1) non consensus simplex, si in pluribus simul sumtis quaedam non sunt rationes vnius: haec est IMPERFECTIO PRIVATIVE DICTA, 2) dissensus.

sus, si in pluribus simul sumtis, quaedam consentiunt ad vnum, quaedam ad oppositum eius: haec est IMPERFECTIO CONTRARIE DICTA, §. 81, 94.

* Vnvollkommenheit.

§. 122.

Perfectio eorum, quorum non consensus, hinc et dissensus est in se impossibilis, est absolute necessaria, §. 121, 19[illegible]. At perfectio in iis, quae non consentire aut etiam dissentire est in se possibile, est in se contingens, §. 104, 121.

§. 123.

Perfectio transcendentalis est absolute necessaria, §. 122, 94. hinc nullam habet oppositam imperfectionem, §. 121, 102.

SECTIO II.

MUTABILE ET IMMUTABILE.

§. 124.

SVCCEDVNT * sibi, (successiua sibi sunt) quorum vnum post aliud exsistit. Determinatio entium, qua sibi successiua sunt, est eorum SVCCESSIO.

* Folgen aufeinander. ** die Folge.

§. 125.

§. 125.

Cujus determinationes sibi succedunt, MVTABILE: hinc MVTABILE (variabile) est, cujus determinationes sibi possunt succedere; cujus determinationes sibi non possunt succedere, est IMMVTABILE, *** (fixum, invariabile, constans.) Ipsa autem determinationum in ente successio, est eius, et simul determinationum eius, MVTATIO. ***** Mutatio.

* wird verändert ** veränderlich. *** unveränderlich. **** Veränderung.

§. 126.

MVTATIO entis vel est INTERNA internorum, vel EXTERNA seu relatiua relationum, §. 125, 37.

* eine innre. ** äussre Veränderung.

§. 127.

MVTABILITAS entis, s. possibilitas mutationum in eodem, vel est absoluta, §. 125, 15. vel hypothetica, §. 125, 16. IMMVTABILITAS entis, s. impossibilitas mutationum in eodem, vel est absoluta, §. 125, 15. vel hypothetica, §. 125, 17.

* Veränderlichkeit ** Vnueränderlichkeit.

§. 128.

Nullum per se immutabile est hypothetice mutabile. Ergo nullum hypothetice muta-

mutabile est absolute immutabile. *Omne hypothetice immutabile est in se mutabile.* Omne hypothetice mutabile est in se mutabile. Ergo absolute immutabilia nec sunt hypothetice mutabilia, nec immutabilia. Quoddam absolute mutabile est hypothetice immutabile, §. 127, 18.

§. 129.

Mutabilium determinationes sibi possunt succedere, §. 125. hinc mutabilia sunt pluribus modis determinabilia, §. 74, 34. Necessaria non sunt pluribus modis determinabilia, §. 114. Ergo necessaria sunt immutabilia, §. 125.

§. 130.

Absolute necessaria sunt absolute immutabilia, hypothetice necessaria sunt hypothetice immutabilia, §. 129, 127.

§. 131.

Nullum mutabile est necessarium, §. 129. hinc omne mutabile est contingens, §. 101. et in se quidem mutabile est in se contingens, hypothetice mutabile est hypothetice contingens, §. 104, 127.

§. 132.

Essentiae rerum, §. 106. essentialia et attributa, §. 107. existentia entis necessarii,

§ 109. omnes eius determinationes internae, §. 110. vnitas, §. 116. veritas, §. 118, et perfectio, transcendentales, §. 123. sunt absolute et interne immutabiles, §. 130, 126.

§. 133.

Modi entis sibi in eo in se spectato possunt succedere, §. 124, 65. hinc et ipsi, et ens, cui insunt, sunt absolute mutabilia, §. 125, 127. Iam omne ens contingens habet modos, §. 112. Ergo omne ens contingens est absolute et interne mutabile, §. 126. Relationes entis sunt intrinsecus contingentes, §. 108. Ergo possunt sibi in eo in se spectato succedere, §. 124, 104. Hinc sunt in omni ente absolute mutabiles, §. 127. Omne ens, qua omnes suas relationes, est mutabile, §. 125.

§. 134.

Essentia non est mutabilis, §. 132. hinc omne ens contingens mutabile est, qua exsistentiam, §. 133, 56. Hinc exsistentia entis contingentis est mutabilis, §. 125. nec est adeo essentiale, nec attributum, §. 132. interna tamen determinatio, §. 55. ergo modus, §. 52. Cuius exsistentia modus est, eius exsistentia est absolute mutabilis, § 133. hinc et intrinsecus contingens, §. 131. Ergo cuius exsistentia modus est, est ens contingens, §. 109. Potest hinc ENS CONTINGENS definiri per ens, cuius exsistentia modus est.

SECTIO

SECTIO III.

REALE ET NEGATIVVM.

§. 135.

Negatione posita realitas tollitur, §. 36, 10. Hinc negationes et realitates sunt sibi inuicem oppositae, §. 81. Tam realitates ipsae, quam entia, quibus insunt, ENTIA REALIA seu positiua dicuntur. Negationes autem ENTIA NEGATIVA.

* etwas bejahendes. ** etwas verneinendes.

§. 136.

Ens mere negatiuum esset, cui nulla inesset realitas, hinc nec possibilitas, §. 8, nec rationalitas, §. 19, nec actualitas, §. 55, nec vnitas, §. 73, nec veritas, §. 89, nec perfectio, §. 94. realitates, §. 36. Ergo ens mere negatiuum est non ens, et, si videtur ens, est ens fictum, §. 62. Quum ergo omni enti quaedam inest realitas, omne ens est reale §. 135.

§. 137.

Omne ens quum sit reale, §. 136. aut nulla ipsi inerit negatio, aut quaedam cum realitatibus eius vna inerit, §. 10. et haec quidem aut absolute necessaria, aut in se contingens, §. 102, 104. Prior est NEGATIO STRICTE DICTA * (ens negatiuum stri-

ſtricte dictum) Posterior est PRIVATIO seu ens priuatiuum. Essentialia et attributa negatiua sunt negationes ſtricte dictae, §. 106, 107. modi negatiui sunt priuationes, §. 108.

eine Verneinung in engerer Bedeutung.

eine Beraubung.

§. 138.

Nullae priuationes sunt in ente absolute necessariae, §. 137, 105 hinc internae non sunt essentialia, nec attributa, §. 107. Ergo modi, §. 52. Ens itaque necessarium non habet priuationes internas, §. 111. et cui insunt, est ens contingens, §. 111.

§. 139.

Ens negatiuum, qua tale, non est positiuum, §. 135 at, si consentiret, qua negatio, ad vnam realitatem, esset realitas, §. 94, 36. hinc ens negatiuum, qua tale, non consentit in ente reali, cui ineſt, §. 137 ad vnam realitatem.

§. 140.

Realitates, qua tales, non consentiunt nisi ad realitates. Rationatum enim merarum realitatum esse est realitas, §. 36, 14.

§. 141.

Omne ens est perfectum, §. 99. et reale §. 137. hinc eius perfectio, qua talis, est consensus realitatum ad vnam, §. 94, 140.

§. 142.

§. 142.

Positis in ente negationibus ponitur non consensus, §. 141, 139. hinc imperfectio, §. 121. hinc positis in ente negationibus stricte dictis, ponitur imperfectio absolute necessaria, §. 137.

§. 143.

Imperfectio entis absolute necessaria, aut est attributum eius, aut essentiale, §. 107, 108. at, quia in realitatibus non est ratio sufficiens negationum, §. 139. non est in entis attributis imperfectio, in cuius non sit etiam essentialibus, §. 50. nec est in essentialibus entis imperfectio, in cuius non esset etiam affectionibus, §. 23.

§. 144.

Positis in ente priuationibus ponitur imperfectio, §. 142. at in se contingens, §. 138.

§. 145.

Non est perfectio essentialis sine accidentali, §. 98, 140. nec accidentalis sine essentiali, §. 98. non est imperfectio essentialis sine accidentali, nec accidentalis sine essentiali, §. 143, 98. nec sunt perfectio et imperfectio essentialis opposita, §. 81, 142.

§. 146.

Quo posito ponitur imperfectio MALVM est, hinc negationes sunt malum, §. 142.

eaeque vel ſtricte dictae, MALVM METAPHYSICVM, ** quo poſito ponitur imperfectio abſolute neceſſaria, §. 142. vel priuationes, MALVM CONTINGENS *** (phyſicum late dictum cf. §. 788,) quo poſito ponitur imperfectio in ſe contingens, §. 144.

* Das Ubel, Böſe. ** das ſchlechterdings nothwendige. *** das zufällige.

§. 147.

Poſitis entis realitatibus ponitur eius perfectio, §. 141. hinc realitates ſunt bona, §. 100. et abſolute quidem neceſſariae, BONVM METAPHYSICVM * in ſe contingentes, BONVM CONTINGENS ** (phyſicum late dictum, cf. §. 787.)

* das ſchlechterdings nothwendige. ** das zufällige Guthe.

SECTIO IIII.

SINGVLARE ET VNIVERSALE.

§. 148.

Complexus omnium determinationum in ente compoſſibilium eſt OMNIMODA eius DETERMINATIO. Hinc ens aut eſt omnimode determinatum, aut minus, §. 10. Illud eſt SINGVLARE ** (indiuiduum,) hoc VNIVERSALE. *** Vtrumque reſpectu omnium minus determinatorum, quae in ſe con-

continet, INFERIVS **** dicitur, illa respectu huius, SVPERIORA. *****

* durchgängige, völlige, vollständige Bestimmung. ** einzeln. *** allgemeine. **** das untere, niedrigere, tiefere, bestimmtere. ***** die obern, höheren, allgemeinern, unbestimmtern.

§. 149.

ENS vniuersale spectatum in suo inferiori, et singulare spectatum, qua alia etiam sua praedicata, praeter certum vniuersale, SPECTATVR IN CONCRETO* et tunc CONCRETVM** dicitur. ENS vniuersale quod attenditur quidem, non tamen in inferiori suo, et singulare, in quo tamen certum tantum eius superius attenditur, SPECTATVR IN ABSTRACTO, *** et tunc ABSTRACTVM **** dicitur. Vniuersale in concreto est VNIVERSALE PHYSICVM,***** (in multis, in re,) vniuersale in abstracto est LOGICVM****** (post multa, post rem.)

* in mehrerer Bestimmung betrachtet. ** unabgesondert. *** nur in gewisser Bestimmung betrachtet **** abgesondert. ***** das allgemeine im bestimmtern. ****** das allgemeine im denckenden.

§. 150.

Vniuersale in solis indiuiduis in concreto repraesentabile, seu, quod sola indiuidua sub se continet, est SPECIES, * quod etiam

etiam in vniuerſalibus in concreto repraeſentabile eſt, ſeu, quod vniuerſalia etiam ſub ſe continet, eſt GENVS,** et horum INFIMVM*** quod in nullo genere eſt, s. quod nullum genus ſub ſe continet, SVMMVM**** in quo nullum genus s. quod ſub nullo genere continetur, SVBALTERNA***** denique vocantur, quae non ſunt ſumma.

* Art, Gattung. ** Geſchlecht *** das Unterſte. **** das Oberſte. ***** untergeordnete, oder Untergeſchlechte.

§. 151.

Determinationes inferioris entis, indeterminatae in eius ſuperiore ſunt illius DIFFERENTIA.* Hinc DIFFERENTIA GENERICA** eſt complexus determinationum in genere determinatarum, indeterminatarum in eius ſuperiori. DIFFERENTIA SPECIFICA*** eſt complexus determinationum in ſpeciei indeterminatarum in genere eius infimo. DIFFERENTIA NVMERICA**** (haecceitas, principium indiuiduationis) eſt complexus determinationum indiuidui indeterminatarum in ſpecie, §. 148.

* die genauere Beſtimmung. ** eines Geſchlechtes *** einer Art. **** eines jeden einzeln.

§. 152.

Singularia ſunt interne prorſus determinata, §. 148. hinc actualia, §. 54.

§. 153.

SINGVLARE ET VNIVERSALE. 45

Quum in inferiori sit superius, §. 149, 148 est in individuo species, genus infimum, subalterna, summum, in specie genera, in genere infimo et subalterno superiora, in inferioribus omnibus summum, §. 150.

§. 154.

Determinationes generis summi sunt in inferioribus eius, §. 148. i. e. generibus subalternis, infimo, speciebus et individuis; determinationes generis subalterni sunt in inferioribus eius generibus, speciebus, et individuis; determinationes generis infimi sunt in speciebus et individuis; determinationes speciei sunt in individuis, §. 153, 35. i. e. *determinationes superioris sunt in eius inferiori, seu positiuae fuerint seu negatiuae,* §. 30. *Haec propositio dicitur dictum de O. et N.*

SECTIO V.

TOTALE ET PARTIALE.

§. 155.

Vnum prorsus idem cum multis simul sumtis est TOTVM, et multa simul sumta prorsus eadem cum toto sunt PARTES eius. Quae cum data parte simul sumta da sunt, vt sit prorsus eadem cum toto, sunt

sunt eius compartes, seu COMPLEMENTA AD TOTVM *** (supplementa.)

* das Ganze. ** Theile. *** Ergänzungen.

§. 156.

Quaelibet pars simul sumta cum suis complementis ad totum est PARS ACTVALIS, cum aliis simul sumta est PARS POTENTIALIS.

* ein würcklicher, ** ein möglicher Theil.

§. 157.

Totum est prorsus idem cum suis partibus actualibus, §. 155, 156. hinc et *aequale, et similis et congruens*, §. 70.

§. 158.

Ens, cuius essentia est pars alterius, est ENS INCOMPLETVM cuius essentia non est pars alterius, est ENS COMPLETVM.

* ein unvollständiges. ** ein vollständiges Ding.

§. 159.

Multitudo partium est MAGNITVDO (absoluta cf. §. 161., seu quantitas, § 75. continua. Multitudo totorum est NVMERVS** (absolutus cf. §. 161.) seu quantitas, §. 75. discreta. Si tota, quorum est numerus, itepum spectentur, vt partes, NVMERVS est FRA-

FRACTVS *** (fractio, minutia,) ſin minus, NVMERVS eſt INTEGER. ****

* die Gröſſe des Ganzen. ** eine Zahl.
*** ein Bruch. **** eine ganze Zahl.

§. 160.

Cuius pars toti aequalis eſt, MAIVS > eſt, * totum parti aequale MINVS < eſt. **

* das gröſſere. ** das kleinere.

§. 161.

MINIMVM * eſt ſolo nihilo maius, ſeu, quo minus impoſſibile eſt, MAXIMVM ** eſt, ſolo nihilo minus, ſeu, quo maius impoſſibile eſt Multitudo maior eſt MVLTITVDO COMPARATIVA *** cf. §. 74. minor, PAVCITAS. **** Magnitudo maior eſt MAGNITVDO COMPARATIVA ***** cf. §. 159. minor, PARVITAS. ****** NVMERVS maior eſt COMPARATIVVS, cf. §. 159 minor, RARITAS. oo

* das kleinſte. ** das gröſſeſte. *** eine Menge. **** Wenigkeit. ***** eine Gröſſe des Ganzen und Zahl, auch in der Vergleichung. ****** Kleinigkeit. oo Seltenheit.

§. 162.

Mutari in minus eſt MINVI * mutari in maius AVGERI. ** Quicquid ergo poteſt augeri vel minui eſt mutabile, §. 125. et qui-

quidem, qua quantitatem, §. 160, 70.
hinc interne, §. 126, 69.

* vermindert. ** vermehrt werden.

§. 163.

Essentiae rerum essentialia et attributa, omnes entis necessarii determinationes internae, vnitas in entibus, veritas, et perfectio, transcendentales augeri vel minui intrinsecus nequeunt, §. 162, 132.

§. 164.

Determinatio entis interna, quae potest augeri vel minui, modus est, §. 163, 52. et in quo talis occurrit determinatio interna, quae in ipso potest augeri vel minui, illud est ens contingens, §. 111.

SECTIO VI.

PRIMA MATHESEOS INTERNORUM PRINCIPIA.

§. 165.

Possibilitas minima est non repugnantia nimorum paucissimorum, §. 161, 8. Quo ergo plura, quo maiora sunt compossibilia, hoc maior est possibilitas, §. 160, donec maxima sit, vbi plurima maxima sunt compossibilia, §. 161. Hinc omnis possibilitas entis hypothetica maior est eiusdem possibilitate intrinseca, §. 16, 15.

§. 166.

Ratio minima est, quae vnicum minimum rationa-

terminationes, quo plurium, quo maiorum sunt inseparabiles, hoc vnitas maior est, §. 160. donec sit maxima, vbi plurimae maximae determinationes plurimorum maximorumque sunt inseparabiles, §. 161. Vnicitas minima est, qua vnum minimum a pauciſſimis minimis vnico minimo diſcrimine differt, § 77, 161. Quo ergo maius, a quo pluribus, quo maioribus, quo plures, quo maiores per differentias diſtinguitur, hoc maior est vnicitas, §. 160. donec sit maxima, qua maximum ab omnibus, maximis etiam in suo genere, per plurimas maximas differentias diſtinguitur, §. 161.

§. 174.

Identitas minima est, si vnica minima determinatio sit pauciſſimis minimis communis, §. 38, 161. Hinc quo plures, quo maiores determinationes, quo pluribus, quo maioribus sunt communes, hoc maior est identitas, §. 160. donec sit maxima, plurimarum maximarumque determinationum in plurimis maximis communio, §. 161.

§. 175.

Ordo minimus est minima in coniunctione identitas, §. 78, 161. Ergo quo maior est coniunctionis identitas, hoc maior fit ordo, §. 160, 174. donec sit maximus, vbi maxima coniunctionis identitas, §. 161. i. e. vbi plurima maxima, toties, tantumque coniunguntur eodem modo, quoties, quantumque possunt, §. 174. Vnitio minima est pauciſſiorum minimorum minime

necessaria coniunctio, §. 79, 113, 161. Quo ergo plura coniunguntur, hoc est extensiue maior, quo maiora, quo maiori necessitate coniunguntur, hoc est intensiue maior vnitio, donec plurimorum coniunctio necessaria sit extensiue, vel duorum tantum, triumue, sed maximorum et maxime necessaria, quae potest esse inter ea, sit intensiue maxima vnitio.

§. 176.

DETERMINATIONIS ex ratione cognoscibilitas quum sit CONFORMITAS eius CVM RATIONE §. 80. * Haec conformitas erit minima, si determinatio ex minima ratione tantum cognoscibilis, §. 161, 166. in minima cognitionis possibilitate, §. 165. Quo maior ratio, ex qua cognoscenda determinatio, quo magis possibilis haec cognitio, hoc maior conformitas determinationis cum ratione, §. 160. donec sit maxima ex maxima ratione maxime cognoscibilis, §. 161.

* die Vbereinstimmung einer Bestimmung mit ihrem Grunde.

§. 177.

Determinatio rationi sufficienti, foecundiori, grauiori conformis, §. 166, 169. hinc vlteriori et simpliciter tali, §. 170. maiorem habet conformitatem, quam insufficienti, minus foecundae, minusque graui, §. 166, 169. propiori aut secundum quid sufficienti, §. 170. tantum conformis, §. 176.

§. 178.

§. 178.

Defectus minimus est oppositus determinationi minimae conformitatis cum ratione, §. 82, 161. hinc eo maior est, quo maior in opposito eius conformitas, §. 160, 176. donec sit maximus, oppositus determinationi, in qua maxima conformitas, §. 176, 161.

§. 179.

Defectus rationi sufficienti, foecundiori, graviori, vlteriori et simpliciter tali contrarius maior est contrario rationi insufficienti minus foecundae, minus graui, propiori et sufficienti secundum quid tantum, §. 178, 177.

§ 180.

Magnitudo conformitatis cum ratione in determinatione, quam lex enunciat, est ROBVR LEGIS. * LEX enuncians determinationem conformitatis cum ratione comparatiue magnae est FORTIS, ** paruae DEBILIS *** est. Hinc lex maxime debilis seu minimi roboris est, quae enunciat determinationem minimae conformitatis cum ratione, §. 161, 176. Quo maior conformitas cum ratione determinationi a lege enunciatae, hoc lex est fortior, §. 160. donec fortissima sit enuncians determinationem, in qua maxima conformitas, §. 161.

* Stärcke der Richtschnur. ** ein starckes.
*** schwaches Gesetz.

§. 181.

Lex enuncians determinationem rationi sufficienti, foecundiori, grauiori, vlteriori, cuius rationatum sit, seu cui subordinetur comparanda propior, et similiciter tali conformem fortior est, quam lex debilior enuncians determinationem rationi insufficienti, minus foecundae, minus graui, propiori, quae subordinetur illi, cum qua comparatur, vlteriori, et secundum quid sufficienti tantum conformem, §. 180, 177.

§. 182.

LEX enuncians determinationem rationi sufficienti vlteriori conformem SVPERIOR*, propiori conformem, enuncians INFERIOR** dicicitur. *Ergo leges superiores fortiores sunt inferioribus, et summa lex est fortissima*, §. 181.

* eine höhere. ** niedrigere Richtschnur.

§. 183.

Ordo maximus plurimas regulas communes habet, §. 175, 86. hinc est maxime compositus, §. 88. adeoque ordo simplex, quantuscunque sit, non tamen est maximus, §. 175, 88.

§. 184.

Veritas metaphysica minima est ordo plurium in vno minimus, §. 175, 89. seu minima cum principiis catholicis conformitas, §. 176 92.

Quo

81

Quo ergo plura in ente, quo maiora, secundum quo plures, quo fortiores regulas coniuncta sunt, hoc maior est in illo veritas, §. 175, 180. donec sit maxima, vbi plurima maxima, fortissimis (principiorum catholicorum, §, 182.) regulis conuenientissima deprehenduntur, §. 160, 161.

§. 185.

Perfectio minima est consensus pauciſſimorum minimorum ad vnum minimum vnicus minimus, §. 93, 161. hinc quo plura, quo maiora, in quo plura, in quo maiora, quo pluries, quo magis consentiunt, hoc maior est perfectio, §. 160. donec sit maxima plurimorum maximorum maximus consensus ad vnum, §. 161, 169. At summa perfectio quum adeo sit maxime composita, §. 183., 96. simplex perfectio, quantacunque sit, non tamen est maxima, §. 96.

§. 186.

Exceptio minima est a maxime debili perfectionis regula ob fortissimam facta, §. 178, 97. Ergo quo fortior est regula perfectionis, a qua, quo debilior, ob quam excipitur, hoc maior est exceptio, §. 160. donec sit maxima a fortissima, hinc summa perfectionis regula, §. 182. ob maxime debilem legem excipiens, §. 161. Si collidantur ratio perfectionis sufficiens et insufficiens, exceptio a sufficiente maior, ab insufficiente minor est. Si collidantur foecundior et minus foecunda, exceptio a foecundiori ma-

ior, a minus secunda minor est. Si collidantur ratio perfectionis grauior et minus grauis, exceptio a grauiori maior, a minus graui minor est. Si collidantur vlterior et ipsi subordinanda propior, exceptio ab vlteriori maior, a propiori minor est. Si collidantur ratio simpliciter sufficiens et talis secundum quid, exceptio a simpliciter tali maior, a tali secundum quid, minor est, §. 181. Si collidantur regula perfectionis superior et inferior, exceptio a superiori maior, ab inferiori minor est, §. 182. Hinc exceptio summae perfectionis legi contraria, i. e. quae fit a summa perfectionis regula ob minimam, i. e. minimae conformis, est maxima, §. 187, 182.

§. 187.

Bonum minimum est, quo posito ponitur minima perfectio, §. 100, 161. Quo maior est perfectio posito bono ponenda, hoc maius est bonum, §. 160. donec OPTIMVM * sit, quo posito ponitur summa perfectio, §. 161.

* das Beste.

§. 188.

Minime contingens est, cuius oppositum est minime possibile, §. 104, 161. Quo maior ergo possibilitas vnius oppositorum, hoc maior alterius contingentia, §. 160. Maxima contingentia est illius, cuius oppositum habet maximam possibilitatem, §. 161.

§. 189.

§. 189.

Quo maior est determinationum hypotheticae vnius separabilitas, hoc maior est huius vnitatis contingentia, §. 115, 188. Quo magis tam non coniunctio, quam confusio est possibilis, hoc oppositus ordo magis est contingens, §. 117, 188. Quo magis non coniunctio vel confusio quorundam entis variorum possibilis est, hoc veritas eius oppositi magis est contingens, §. 119, 188. Quo magis imperfectio possibilis est, hoc magis oppositi perfectio contingens est, §. 122, 188.

§. 190.

Minima mutatio est vnici minimi in vnico minimo successio, §. 161, 125. Ergo quo plura quo maiora, in quo pluribus, quo maioribus succedunt, hoc maior est mutatio, §. 160. donec sit maxima, plurimorum maximorum in pluribus maximis successio. Minima minimae mutationis in ente possibilitas est eius mutabilitas minima, §. 161, 127. Ergo quo magis possibilis, quo maior in ente, mutatio, hoc est eius maior mutabilitas, donec sit maxima, maxima maximae mutationis possibilitas, §. 161. Realitas in ente minima est summa paucitas et paruitas in eodem determinationum vere positiuarum, §. 135, 161. Quo harum plures, quo maiores habet, hoc est realius. REALISSIMVM ergo est, in quo maximae plurimae realitates, §. 161, 36. Hae absolute necessariae sunt SVMMVM BONVM, s. optimum

mum METAPHYSICVM) * §. 187, 147. in se contingentes SVMMVM BONVM CONTINGENS ** (physicum late dictum.)

das nothwendige höchste Guth. ** das zufällige höchste Guth.

ECTIO VII.

SVBSTANTIA ET ACCIDENS.

§. 191.

Ens vel non potest exsistere, nisi vt determinatio alterius, (in alio), vel potest, §. 10. Prius ACCIDENS (praedicamentale s. physicum, cf. §. 50. cuius esse est inesse, posterius est SVBSTANTIA ens per se subsistens, forma, ἐντελεχεια, οὐσια, ὑποστασις, ἐνεργεια) quod potest exsistere, licet non sit in alio, licet non sit determinatio alterius.

* ein nur in andern. ** ein vor sich bestehendes Ding.

§. 192.

Exsistentia accidentis, qua talis, est INHAERENTIA, exsistentia substantiae, qua talis, est SVBSISTENTIA.

* das nur in andern. ** das vor sich bestehn.

§. 193.

Accidentia si videntur per se subsistentia, sunt PHAENOMENA SVBSTANTIATA.

* das vor sich zu bestehn scheinende.

§. 194.

Accidentia non exsistere possunt, nisi in aliis. Iam non sunt diuersa ab accidentibus, nisi subſtantiae, §. 191. Ergo accidentia non exsistere possunt, nisi in subſtantiis, seu, *non exsistunt extra suas subſtantias*,

Essentialia, attributa, modi, relationes accidentia, §. 191, 52. non exsistere possunt, nisi in subſtantiis, §. 194.

Id in subſtantia, cui inhaerere possunt accidentia, s. subſtantia, quatenus est subiectum (cf. §. 344.) id, cui accidentia inhaerere possunt, SVBSTANTIALE vocatur, nec accidentia exsistunt extra subſtantiale, §. 194.

Si subſtantiae inhaerent accidentia, est aliquid inhaerentiae ratio, §. 20. s. VIS LATIVS DICTA, * (efficacia, energia, actuositas cf. §. 216.) et sufficiens, §. 22. Hoc est VIS. (STRICTIVS DICTA, ** et breuitatis caussa nonnumquam simpliciter.)

* eine Kraft in weiteren. ** eine Kraft in engerer Bedeutung.

§. 198.

§. 198.

Vis strictius dicta aut est substantia, aut accidens, §. 191. Iam non est accidens, eorum omnium quum sit ratio sufficiens, §. 197. Ergo est substantia, et quatenus ipsi inhaerere possunt accidentia, vt subiecto, substantiale, §. 196.

§. 199.

Omnis substantia est substantiali, §. 191, 196. hinc vi praedita, §. 198, est substantiale, §. 196, 191. hinc vis tam latius, quam strictius dicta, §. 198, 197.

§. 200.

Substantiae si videntur accidentia, sint SVBSTANTIAE PRAEDICATAE, singulares sunt SVBPOSITA.*

* einzle vor sich bestehende Dinge.

§. 201.

Phaenomenis substantiatis vis tribuitur, §. 199, 193. et sunt etiam vires latius dictae, aut viribus latius dictis praedita, §. 197, 23. Quod si vero strictius dicta vis tribuitur accidentibus, sunt ea phaenomena substantiata, §. 198, 193.

§. 202.

Omnis substantia habet essentialia et attributa absolute necessario, §. 107. hinc omnis

omnis ſubſtantia habet accidentia, §. 191, 195. Sed modos vel habet, vel non habet, §. 10. Quae modos habet, eſt ens contingens, quae non habet, ens neceſſarium, §. 111. Ergo ſubſtantia vel eſt neceſſaria vel contingens. Subſtantiae contingentis ſubſiſtentia modus eſt, §. 134, 192.

§. 203.

Vis minima vnici tantum minimi inhaerentis accidentis eſt ratio, §. 197, 166. Quo ergo plurium, quo maiorum inhaerentium accidentium ratio eſt, hoc maior eſt, donec ſit maxima plurimorum maximorum inhaerentium accidentium, §. 197, 166.

§. 204.

Scientia virium eſt DYNAMICA tam philoſophica, quam mathematica, DYNAMEOMETRIA.

SECTIO VIII.
STATVS.

§. 205.

Suppoſitum contingens eſt determinatum, qua modos et relationes, §. 184, 200. Hinc coexſiſtunt in eo fixa, ſeu, intrinſecus immutabilia, §. 107, 132. cum mutabilibus, §. 133. Eiusmodi coexſiſtentia STA-

TVS

TVS * est. Ergo suppositum contingens habet statum. Status vnitorum est VNIO **

* Zustand. ** Einigkeit.

§. 206.

Coexsistentia modorum cum fixis est STATVS INTERNVS, * hinc suppositum contingens habet statum internum, §. 205.

* der innre Zustand.

§. 207.

Relationes substantiae sunt in ea intrinsecus mutabiles, §. 133. Ergo fixis coexsistentes dant STATVM, §. 205. qui EXTERNVS dicitur. *

* der äussre Zustand.

§. 208.

Mutato modo mutatur status internus, §. 125, 200. mutata relatione, mutatur status externus, §. 125, 207. Iam modi et relationes sunt mutabiles, §. 133, 207. Ergo in substantia contingenti mutationes status sunt possibiles, §. 206, 207.

§. 209.

Mutatio modi est MODIFICATIO. * Ergo modificatio est mutatio status interni, §. 208. et substantia contingens est modificabilis, §. 128. Mutatio relationis VARIATIO est. **

* eine innre. ** eine äussre Veränderung.

§. 210.

Mutationes status sunt accidentia, §. 191. hinc non exsistere possunt, nisi in substantiis, §. 194. et quidem posita vi, etiam strictius dicta, §. 197, 22. Vis illa mutationis, aut in genere inhaerentis accidentis, ratio sufficiens, §. 197. vel est substantiale, quod mutatur, aut in genere, cui accidens inhaeret, vel vis ab eo diuersa, §. 10, 38. Si prius est, substantia, cuius status mutatur, vel in genere, cui accidens inhaeret, AGIT; * si posterius est, substantia, cuius status mutatur, vel in genere, cui accidens inhaeret, PATITVR. Hinc ACTIO ** (actus, operatio,) est mutatio status, et in genere actuatio accidentis in substantia, per vim ipsius: PASSIO *** mutatio status, et in genere actuatio accidentis in substantia, per vim alienam.

* thun, handeln. ** Handlung. *** Leiden.

§. 211.

Substantia in substantiam extra se agens in eam INFLVIT, adeo INFLVXVS * (actio transiens) est actio substantiae in substantiam extra se. ACTIO, quae non est influens, est IMMANENS.

* Einfluss.

§. 212.

§. 212.

Si passio illius substantiae, in quam altera influit, simul est ipsius patientis actio, PASSIO et INFLVXVS dicuntur IDEALES. Si vero passio non est patientis actio, PASSIO et INFLVXVS dicuntur REALES.

§. 213.

Actio patientis in agens est REACTIO* et mutua substantiarum actio et reactio CONFLICTVS.**

* Gegenwürckung. ** Streit.

§. 214.

Actio et passio reactioque mininimae sunt, per quas non nisi vnicum minimum accidens actuatur, §. 161, 210. Quo ergo plura, quo maiora accidentia actuantur, hoc maior actio, passio, reactio, §. 160, 213. donec sint maximae, vbi plurima maxima actuantur accidentia, §. 161, 210.

§. 215.

ACTIO et PASSIO SIMPLEX* dicitur, quae non est totum aliarum, quae est, COMPOSITA;** et quo pluribus partialibus constat, hoc magis est composita, §. 160. Hinc actio et passio maxima est maxime composita, §. 214, 161.

* ein einfaches. ** ein zusammengesetztes Thun und Leiden.

§. 216.

§. 216.

Omnis substantia existens agit, §. 210, 199. hinc habet possibilitatem agendi seu FACVLTATEM,* (potentiam actiuam, vim cf. §. 197.) §. 57, si patitur, habet possibilitatem patiendi, i. e. (potentiam passiuam, capacitatem) RECEPTIVITATEM,** §. 57.

* Vermögen. ** Fähigkeit, Empfänglichkeit.

§. 217.

FACVLTAS et RECEPTIVITAS influxuum realium REALES, idealium IDEALES, actionum simplicium SIMPLICES* compositarum COMPOSITAE** sunt.

* einfache. ** zusammengesetzte Vermögen und Fähigkeiten.

§. 218.

Facultates et receptiuitates vel absolutae sunt, §. 216, 15. vel hypotheticae, §. 16. Hae quidem semper maiores illis, §. 105, 216.

§. 219.

Facultas hypothetica minima esset, qua vnica tantum actio in minimo nexu substantiae possibilis esset, §. 216, 161. Quo plures, quo maiores actiones, quo maiori in nexu sunt substantiae possibiles, hoc maior est facultas hypothetica, §. 168, 160. Maior facultas hypothetica est HABITVS* (promtitudo, dexteritas.)

* Fertigkeit.

§ 220.

Posita facultate et receptiuitate quum non ponatur actio vel passio, § 216, 259. ponatur tamen posita vi strictius dicta, §. 210, 30. haec erit complementum facultatis ad actum, i. e. quod accedit ad facultatem, vt existat actio. Hinc data certa VIS STRICTIVS DICTA ad datam certam actionem vel sufficit, vel minus, §. 21, 210. prior VIVA, * posterior MORTVA ** solicitatio dicitur.

* eine lebendige. ** eine todte Kraft.

§. 221.

IMPEDIMENTVM* (obstaculum) est oppositum accidentis inhaerentiae, hinc et oppositum mutationibus est impedimentum, §. 210.

* Hinderniss.

§. 222.

RESISTENTIA * est impedimentum actionis. Quumque oppositum inhaerentiae accidentium et mutationum sit accidens, §. 191, 81. impedimenta resistentiaeque rationem habent in vi sufficientem, §. 197, 27. Posito impedimento ponitur vis impediens: posita resistentia ponitur vis resistens, §. 22.

* Wiederstand.

§. 223.

§. 223.

Substantia in substantiam propius influens illi PRAESENS* est, et proxime praesentes sibi inuicem substantiae, SE CONTINGVNT, sunt contigua ** vt adeo sit PRAESENTIA *** influxus propior, et immediata praesentia mutua, s. immediatus conflictus, CONTACTVS. **** Quatenus aliquid in aliud non influit, nec ab eo patitur, propius, ABSENS ***** ab illo dicitur.

* gegenwärtig, zugegen. ** sich einander berühren. *** Gegenwart. **** Berührung ***** abwesend

SECTIO VIIII.

SIMPLEX ET COMPOSITVM.

§. 224.

ENS COMPOSITVM (stricte et simpliciter dictum) * est totum partium extra partes. ENS non compositum SIMPLEX (simpliciter et rigorose dictum) est. ENS COMPOSITVM LATIVS DICTVM *** est quicquid partes habet, et SIMPLEX COMPARATIVE **** minus compositum.

* ein zusammengesetztes Ding in enger Bedeutung. ** einfach in genauer Bedeutung. *** Zusammengesetzt in weiterer Bedeutung. **** einfach in Vergleichung.

§. 225.

Partes compositorum vel singulae et simul sumtae sunt accidentia, vel aliquae compositorum partes sunt substantiae, §. 10, 191. Si prius est, ens compositum est accidens, §. 224, 155. Posterius est EMS COMPOSITVM STRICTIVS DICTVM (reale).*

* ein zusammengesetztes Ding in engerer Bedeutung.

§. 226.

Pone extra se inuicem posita nullo modo totum constituere, seu COMPONI,* posse: compositum erit intrinsecus impossibile, §. 224, 15. Modus ergo compositionis est internae impossibilitatis oppositum in compositis, §. 81. i. e. interna possibilitas et compositorum essentia, §. 40.

* zusammengesetzt werden.

§. 227.

ORTVS* est mutatio ex non existente in existens. Mutatio ex existenti in non existens est INTERITVS**. Hinc entis necessarii et substantiae necessariae ortus et interitus est absolute impossibilis, §. 132, 202.

* das Entstehn. ** der Untergang.

§. 228.

ORTVS EX NIHILO* est ortus eius, cuius nulla pars ipsi praeexstitit, et ANNIHILA

HILATIO ** interitus eius, cuius nulla pars exsistit superstes. Entis et substantiae necessariae ortus ex nihilo et annihilatio est absolute impossibilis. §. 227.

* das aus nichts entstehn. ** Vernichtung.

§. 229.

Ortus et ortus ex nihilo, interitus et annihilatio non possunt exsistere, nisi in substantiis, §. 227, 228. quia sunt accidentia, §. 210. sed non in necessaria, §. 227, 228. Ergo in contingentibus, §. 202.

SECTIO X.

MONAS.

§. 230.

Substantia vel est simplex, vel composita, §. 224. Prior MONAS (atomus, perfecta vnitas) dicitur.

§. 231.

Substantiae compositae pars omnis est vel substantiale vel accidens. Accidentia non sunt extra substantiale, §. 196. Ergo substantiae compositae substantialia sunt extra se posita, §. 224.

§. 232.

Substantia composita habet vires, hinc substantias extra se positas pro partibus,

§. 231, 198. hinc est ens compositum strictius dictum §. 225.

§. 233.

Substantia composita non potest exsistere, nisi vt complexus substantiarum aliarum extra se inuicem positarum, §. 232, 155. certoque modo compositarum, §. 226. Ergo non potest exsistere, nisi vt determinatio aliorum, §. 36, 38. Ergo est accidens, §. 191, et, si videtur per se subsistere, ipsique vis tribuitur, est phaenomenon substantiatum, §. 193, 201.

§. 234.

Omnis substantia monas est, §. 233, 230. ens compositum strictius dictum non est monas, §. 225. Ergo phaenomenon substantiatum, §. 193, 201.

§. 235.

Compositum strictius dictum monadibus constat, §. 225, 234.

§. 236.

Monas non oriri potest, nisi ex nihilo. Partes enim eius sunt substantiale et accidentia ipsi inhaerentia, §. 198. Substantiale non praeexsistit substantiae; eo enim exsistente exsistit vis, hinc substantia, §. 198. Accidentium nullum praeexsistit suae substantiae,

stantiae, §. 194. Ergo oriundae monados nulla pars praeexistit, hinc non oriri potest, nisi ex nihilo, §. 228.

Substantiali superstite, nondum interit substantia, §. 198. accidens vero nullum suae substantiae superstes est, §. 194. Ergo monas non potest interire, nisi per annihilationem, §. 228. 196.

Coniuncta iuxta se posita sunt SIMVLTANEA, post se posita SVCCESSIVA.

Totum simultaneorum est ENS SIMVLTANEVM, successiuorum ENS SVCCESSIVVM.

* neben einander seyende. ** aufeinanderfolgende

§. 238.

Ordo simultaneorum extra se inuicem positorum est SPATIVM, successiuorum TEMPVS. Raum. Zeit.

§. 239.

Positis simultaneis extra se, ponitur spatium. Posito spatio extra se inuicem ponuntur simultanea. Positis successiuis ponitur tempus, et posito tempore po-

nuntur diuersa §. 74. sibi succedentia, §. 239, 78

In quo spatium est, EXTENSVM est, et spatium vel locum replere (esse in spatio, vel loco, repletque seu licet) dicitur. Iam in omni composito stricte dicto spatium est, §. 240, 224. Ergo omne compositum stricte dictum extensum est et spatium replet. Omne extensum habet partes extra partes simultaneas §. 240, hinc compositum est, §. 224.

Monas non extensa est, nec spatium replet, §. 241, 230. At totum monadum, §. 235. est extensum, §. 241.

Omne compositum habet magnitudinem, §. 159, 224. MAGNITVDO compositi stricte et strictius dicti est QVANTITATIVA. Hinc monas non habet magnitudinem quantitatiuam, §. 230

DIVISIO PHYSICA est imminutio magnitudinis quantitatiuae. Sicut individui impossibilis est diuisio logica, §. 148. ita IN-

DIVI-

DIVISIBILE ** est, cuius impossibilis est divisio physica. Ergo indivisibilitas est vel absoluta vel hypothetica, §. 15, 17. Nullum absolute indivisibile est hypothetice indivisibile. Quoddam absolute divisibile est hypothetice indivisibile §. 18. Hinc monas est indivisibilis, §. 243, et quidem per se §. 15.

* Zerlegung, Theilung. ** theilbar.

§. 245.

Compositа non possunt existere, nisi vt determinationes aliorum, §. 225, 233. Iam non sunt alia, praeter composita, quam simplicia, §. 224, 38. Ergo existente composito existunt monades, §. 230, 233.

SECTIO XI.

FINITVM ET INFINITVM

§. 246.

Quantitas, qualitatis est GRADVS (quantitas virtutis.) Hinc gradum non nisi alio assumto intelligere possumus, §. 69.

§. 247.

Gradus infimus seu minimus est, quo minor impossibilis, quo maior impossibilis,

maximus est, §. 346, 159. Gradus maiores tam plurium minimorum tota, §. 155, 166. Hinc *ab affirmato gradu maiore ad affirmandum minorem, a negato gradu minore ad negandum gradum maiorem valet consequentia*, §. 157. In quouis gradu maiore est multitudo graduum, quae INTENSIO dicitur, §. 159. Haec si augetur, QVALITAS, cuius gradus est, INTENDITVR, si minuitur, qualitas, cuius gradus est, REMITTITVR. ***

* das höhere. ** zunehmen, stärker, angestrengt. *** schwächen, werden, nachlassen, abnehmen.

Ens reale esse est qualitas, §. 69. omni enti conueniens, §. 136. Quumque in omni ente sit certus realitatum numerus, §. 136, 159. Omne ens habet certum realitatis gradum, §. 346, 159. Hinc vel erit maximus, vel non maximus, §. 10, 347. Quumque gradus realitatis, quo maior possibilis est, seu non maximus, §. 347. LIMES * (terminus, cf. §. 350. finis cf. §. 341.) dicatur, limitem autem habens FINITVM ** (cf. §. 341. limitatum), non habens limitem INFINITVM *** (reale, limitatum) erit. Ens ergo gradum realitatis maximum habens, s. realissimum, §. 196. est infinitum, finita reliqua omnia. Finitum, cuius limites determinare vel non possumus, est [illegible]



mus, vel non placet, est INDEFINITVM **** (infinitum imaginarium, mathematice tale).

* der Schranken. ** endlich, eingeschränkt. *** uneingeschränkt. **** mathematisch unendlich, unendlichscheinend.

§. 249.

Finita habent limitem, hinc gradum, §. 248. ergo quantitatem, §. 246 hinc omnium finitorum possibilis est cognitio philosophica et mathematica, §. 93, 22. LIMES dati finiti citra quem plus vltra in eodem per eius essentiam impossibile est, est ESSENTIALIS. * MATHESIS non extensorum INTENSORVM ** est, §. 247.

* der wesentliche Schranken. ** Wissenschaft unausgedehnter Grössen.

§. 250.

In omni finito quaedam realitas tollenda est, §. 248, 247. Ergo quaedam ponenda negatio, §. 135, 81. adeoque imperfectio, §. 142. tam essentialis, quam accidentalis, §. 143. hinc absolute necessaria, §. 107. negatio, §. 36. stricte dicta, §. 137. malum metaphysicum, §. 146.

§. 251.

Infiniti gradus realitatis maximus est absolu-



-absolute necessarius, §. 248, 102. hinc absolute immutabilis, §. 130.

§. 252.

Si ens infinitum esset interne mutabile, determinationes, quae aliis succederent, mutarent realitatis gradum, §. 246, 125. At hic interne immutabilis est, §. 251. Ergo ens infinitum, est interne immutabile.

§. 253.

Interne immutabile est, qua determinationes internas, actu quicquid esse potest. §. 125. Ergo ens infinitum, qua determinationes internas, est actu, quicquid esse potest, §. 252.

§. 254.

Quod non est actu, qua determinationes internas, quicquid esse potest, est ens finitum, §. 253, 248.

§. 255.

Interne mutabile est ens finitum, §. 252, 126. Ergo omne ens contingens est finitum, §. 133. licet esse possit multis rationibus indefinitum et mathematice infinitum, §. 248.

§. 256.

Ens infinitum est ens necessarium, §. 255, 109.

§. 257.

§. 257.

Quod habet gradum realitatis, quo maior possibilis est, eius qualitas quaedam §. 248, hinc interna determinatio intendi potest, §. 247, 69. hinc mutari, §. 247, 162. Ergo ens finitum est interue mutabile, §. 248, 126. hinc non est ens necessarium, §. 152. eius exsistentia modus est, §. 134, et ipsum ens contingens, §. 109.

Ens necessarium est infinitum, §. 257, 248.

§. 259.

Quod est actu, qua determinationes internas, quicquid esse potest, est ens necessarium, §. 132, ergo infinitum, §. 258. Hinc definiri potest ens infinitum per ens, quod actu est, qua determinationes internas, quicquid esse potest, §. 253.

§. 260.

Ens contingens non est actu, qua determinationes internas, quicquid esse potest, §. 133. Ens finitum est ens contingens, §. 257. Ergo ens finitum definiri potest per ens, quod non est actu, qua determinationes internas, quicquid esse potest, §. 254. Quod et hinc patet, quia contradictorie oppositorum vno definito affirmati-

matiue, alterum iisdem notis, sed negatiuis, definiri potest, §. 81, 248.

§. 261.

Infinitudo est realitas, §. 36. cuius ratio est gradus realitatis maximus, §. 248, 14. finitudo seu limitatio est negatio, §. 36. cuius ratio limes est, §. 248, 14.

§. 262.

Modi et relationes entis vel sunt realitates, vel negationes, §. 36. hinc iis in ente finito mutatis mutatur limes eius, §. 248. Iam omnis mutatio entis finiti est mutatio modi aut relationis, §. 52, 132. Ergo omnis mutatio entis finiti est mutatio limitum eius, hinc et limitationis, §. 261, 30.

§. 263.

Ens finitum habet modos, §. 257, 112. Hi vel realitates sunt, vel negationes, §. 36. Vtrarumque oppositum est in ente finito absolute possibile, §. 108. Hinc priuationes sunt in omni ente finito absolute possibiles, §. 137. Hinc et imperfectio et malum contingens, §. 144, 146. (physicum late dictum).

§. 264.

Omne ens finitum partim malum, partim bonum est, §. 147, 137. et omni finito

104

nito bonum malumque contingens est intrinsecus possibile, §. 147, 263.

CAPVT III.

PRAEDICATA ENTIS RELATIVA.

SECTIO I.

IDEM ET DIVERSVM.

§. 265.

Similitudo minima est in duobus, in quibus vnica minima qualitas est communis, §. 174, 70. Iam vero in omnibus entibus quaedam qualitates communes sunt, §. 8-100 Ergo omnia entia sibi sunt in aliquo gradu similia, §. 246. Est hinc in entibus similitudo quaedam adeoque identitas vniuersalis, §. 70. Quo plures, quo maiores qualitates, quo pluribus sunt communes, hoc maior est similitudo, §. 174, 70. Aequalitas minima est in duobus, in quibus vnica minima quantitas est communis, quo ergo plures, in quo pluribus, quo maiores quantitates communes sunt, hoc maior est aequalitas, §. 174, 70.

§. 266.

Congruentia minima est similitudo et aequalitas minima, quoque illae simul maiores, hoc

maior

maior est congruentia, §. 265, 70. IDENTITAS, SIMILITVDO, AEQVALITAS, CONGRVENTIA essentialium, ESSENTIALES* essentialium et attributorum NECESSARIAE** modorum (contingentes) ACCIDENTALES*** vocantur.

* wesentliche. ** nothwendige. *** zufallige.

§. 267.

IDENTITAS et DIVERSITAS, qua singula praedicata, est TOTALIS,* qua quaedam, PARTIALIS.** Ergo similitudo, aequalitas, congruentia, sunt vel totales, vel partiales, §. 70.

* völlig, gäntzlich. ** zum Theil statt findend.

§. 268.

Quum sit omnium entium similitudo partialis, §. 265. non sunt entia totaliter diuersa, 267. Hanc propositionem dicamus *principium negatae totalis dissimilitudinis & diuersitatis.*

§. 269.

IDENTITAS totalis singularium est NVMERICA.* *Impossibilia sunt duo extra se singularia prorsus seu totaliter eadem.* Quum enim ponantur duo, ponuntur multa, hinc partim eadem, partim diuersa, §. 74. Ergo non sunt totaliter eadem, §. 267. Quae sunt totaliter eadem singularia, sunt eadem numero, nec partim eadem, partim diuersa,

ſa, §. 267. Hinc non ſunt multa, nec duo, §. 74. *Haec propoſitio* dicitur *principium* (identitatis) *indiſcernibilium late ſumtum*, aut *negatae totalis identitatis*.

§. 270.

Impoſſibilia ſunt plura extra ſe actualia totaliter congruentia. Dum enim extra ſe inuicem exſisterent, ſua et propria cuilibet exſiſtentia conueniret, §. 86. ab exſiſtentia alterius diuerſa, §. 38. hinc aut attributum aut modus, ſaltim vnicus, §. 77. in altero eſſet, qui non eſſet in altero, §. 38, 55. adeoque aut qualitas, aut quantitas, §. 69. nec eſſent hinc ambo totaliter congruentia, §. 70, 267. Totaliter congruentia, qua omnia diſcrimina interna, ſunt eadem, §. 267, 70. hinc exſiſtentia vnius non eſt diuerſa ab exiſtentia alterius, §. 70. ergo non exſiſtunt extra ſe inuicem. *Haec propoſitio* ſit *principium negatae totalis congruentiae*.

§. 271.

Impoſſibilia ſunt plura extra ſe inuicem actualia totaliter ſimilia. Aut enim eſſent etiam totaliter aequalia, aut minus. Si prius, eſſent totaliter congruentia, §. 70, 267. q. a. §. 270. Si non eſſent totaliter aequalia, eſſet in vno quantitas, quae non eſſet in altero, §. 70, 38. Haec haberet rationem ſufficientem, §. 22. Hinc eſſet

in totaliter ſimilium vno qualitas, quae non eſſet in altero. §. 69, 14. q. a. §. 70, 267. *Haec propoſitio* eſt *principium* (identitatis) *indiſcernibilium ſtricte ſumtum*, aut *negatae totalis ſimilitudinis.*

§. 272.

Impoſſibilia ſunt plura extra ſe inuicem actualia totaliter aequalia. Aut enim erunt ſimul totaliter ſimilia, aut partialiter tantum, § 265. Si prius, eſſent totaliter congruentia, § 70, 267. q. a. §. 270. Si partialiter tantum eſſent ſimilia, eſſet qualitas in vno, quae non eſſet in altero, §. 267, 70. hinc in vtroque non eſſet idem totaliter realitatis gradus, §. 248. adeoque quaedam quantitas vnius non eſſet quantitas alterius, §. 246, ergo nec eſſent totaliter aequalia, §. 267, 70. *Haec propoſitio* ſit *principium negatae totalis aequalitatis.*

§. 273.

Omnia extra ſe inuicem actualia ſunt partialiter diuerſa, §. 268. diſcongruentia, §. 270. 70. diſſimilia, §. 271. inaequalia, §. 272.

§. 284.

Eadem A et C eidem tertio B, ſunt eadem inter ſe. Quae enim ſunt in B, ſunt in A, §. 38. Quae ſunt in C, ſunt in B, §. 38.

Ergo

Ergo quae sunt in C, sunt in A. Hinc A et C sunt eadem, §. 38.

§. 275.

Congruentia, similia, aequalia eidem tertio sunt congruentia, similia, aequalia inter se, §. 70, 274.

§. 276.

Posita eadem, congruenti, simili, aequali ratione sufficiente, ponitur idem, congruens, simile, aequale rationatum, et vice versa, §. 38, 70.

§. 277.

Posita eadem essentia, ponuntur eadem attributa, et vice versa, §. 276, 50.

§. 278.

Posita diuersa, discongruenti, dissimili, inaequali ratione sufficiente, ponitur diuersum, dissimile, discongruens, inaequale rationatum, et vice versa, hinc posita diuersa essentia, ponuntur diuersa attributa, et vice versa, §. 277, 276.

§. 279.

Identitas, diuersitas, §. 38. congruentia, discongruentia, similitudo, dissimilitudo, aequalitas, inaequalitas, §. 70. extra se inuicem actualium in nullo eorum repraesen-

tabiles ſunt, niſi ſpectetur in nexu cum iis, quae extra illud ponuntur, §. 14. hinc ſunt relationes, §. 37. Inter quae ergo intercedit, ea ſunt connexa, §. 14, 19. Iam intercedit inter ſingula extra ſe inuicem actualia, §. 265-273. Ergo ſingula actualia ſunt connexa, §. 47. Hinc in omnibus actualibus nexus, immo harmonia eſt vniuerſalis, §. 48, 167.

SECTIO II.

SIMVLTANEA.

§. 280.

Extenſio quum ſit qualitas compoſiti entis, qua ſpatium replet, §. 69, 241. et ſpatium poſſit eſſe maius et minus, §. 239, 175. in extenſo poſſibilis eſt gradus extenſionis §. 246. i. e. FIGVRA. Hinc monas non admittit, at totum monadum admittit figuram, §. 242. Compoſitum extenſionis maioris eſt SPATIOSVM, * minoris ANGVSTVM. **

* räumlich. ** eng.

§. 281.

Poſitus ſimultanei extra alia actualis eius LOCVS * eſt, ſucceſſiui poſitus eſt AETAS. **

* Ort. ** Alter.

§. 282.

§. 282.

Simultanei cuiuslibet locus ex coniunctione cum diuersis extra illud actualibus determinatur, §. 85, 281. Hinc diuersus est a loco coexsistentium, §. 38. Ergo simultanea sibi inuicem extra se posita non sunt in eodem loco, §. 281. Successiui cuiuslibet aetas ex coniunctione eius cum actualibus ante et post illud positis determinatur, §. 85, 78. hinc diuersa est ab eorum aetate, §. 38. Hinc successiua sibi inuicem non possunt esse in eadem aetate.

Mutatio loci MOTVS * est, hinc omnis motus est mutatio relationis, §. 281, 85. et minimus esset, si vnici minimi vnicus tantum positus erga vnicum minimum extra ipsum actuale mutaretur, §. 161. hinc eo maior est, quo plures, quo plurium, quo maiorum positus erga quo plura, quo maiora extra mobilia mutantur. Quae non mouentur, QVIESCVNT, ** et absentia motus QVIES *** est.

* Bewegung. ** ruhen. *** Ruhe.

§. 284.

Coordinata se mutuo contingentia sunt CONTIGVA, * non contigua DISTANT. ** Locus inter se distantium SITVS *** est.

Actio ſ. influxus immediatus et proximus *in diſtans eſt impoſſibilis* in et per ſe, §. 223, 15.

* zunächſt an einander. ** von einander abſtehend. *** Lage.

§. 285.

Ens ſimultaneum et ſucceſſiuum partium contiguarum eſt CONTINVVM, * at ens ſimultaneum et ſucceſſiuum partium inter ſe diſtantium eſt INTERRVPTVM. **

* ſtetig, ununterbrochen, in einem fortgehend. ** unterbrochen.

§. 286.

Partes extenſi extra ſe poſitae vel ſimplices ſunt, vel compoſitae, §. 224. Priores quatenus extenſae non ſunt, §. 242. PVNCTA vocantur. Series punctorum punctis diſtantibus interpoſitorum continua eſt LINEA.

§. 287.

Extenſio lineae ex numero punctorum, quibus conſtat, determinatur, §. 241, 286. et in qua datis diſtantibus pauciſſima interponuntur, eſt haec linea inter iſta BREVISSIMA. * LINEA inter data puncta breuiſſima eſt RECTA, ** non recta, CVRVA *** eſt.

* die kürtzeſte. ** grade. *** krumm.

§. 288.

§. 288.

Linea recta inter distantia est eorum DISTANTIA, * quoque haec maior est, hoc magis distantia inter se distant, §. 287, 284. Quod si maior fuerit distantia, distantia sunt REMOTIORA, ** si minor, PROPIORA. ***

* Entfernung. ** entfernter. *** näher.

§. 289.

Series linearum lineis distantibus interpositarum continua est SVPERFICIES. * Extensio superficiei ex numero linearum, quibus constat, determinatur, §. 241, 175. eaque inter datas lineas distantes breuissima, est SVPERFICIES PLANA, ** non plana CVRVA *** est (gibba.) Series superficierum superficiebus distantibus interpositarum continua est MATHEMATICE SOLIDVM **** (corpus cf. §. 296. mathematicum.)

* Fläche. ** ebene. *** gebogene. **** das der dreyfachen Ausmessung fähige.

§. 290.

Extensio in linea sola possibilis est LONGITVDO, * quae ad longitudinem accedit in superficie est LATITVDO, ** quae ad extensionem superficierum in mathemati-

ce ſolidis accedit, eſt (altitudo) ſeu PROFVNDITAS.***

* Länge. ** Breite. *** Dicke, Höhe, Tiefe.

§. 291.

Si ex quantitate pro vna aſſumta aliam homogeneam, ſeu ſimilem, intelligimus, hanc MENSVRATAM* ex illa MENSVRA** METIMVR, *** et ipſa haec actio dicitur DIMENSIO.****

* das gemeſſene. ** das Maaſs. *** meſſen. **** Ausmeſſung.

§. 292.

Linea tantum admittit extenſionis vnicam dimenſionem, §. 291, 287. ſuperficies duplicem, §. 291, 289. mathematice ſolidum triplicem, §. 280, 246.

§. 293.

Spatii partes quum ſint in ſimultaneis extra ſe poſitis, §. 139, 155. ſunt ſimultaneae, et ſpatium adeo eſt ens ſimultaneum, §. 238.

§. 494.

Motus quum ſit accidens, §. 283. non exſiſtere poteſt, niſi in ſubſtantiis, et quidem poſita vi, §. 210. quae VIS MOTRIX* dicitur. Quumque quies ſit impedimentum

tum motus, §. 221, 283. posita quiete ponitur vis motui resistens, §. 222. quae VIS INERTIAE, ** (antitypia, ignauia, vis insita) vocatur.

* bewegende Kraft. ** Kraft der Trägheit, wiederstehende Kraft.

§. 295.

Extensum, cui vis inertiae tribuitur, est MATERIA, cf. §. 344. et phaenomenon substantiatum, §. 234, 201. MATERIA, cui haec sola vis tribuitur, est PRIMA cf. §. 423. (mere passiua.)

§. 296.

Materia, cui vis motrix tribuitur, est CORPVS physicum, (cf. §. 289. materia secunda cf. §. 295.) et phaenomenon substantiatum, §. 295, 201.

SECTIO III.
SVCCESSIVA.

§. 297.

TEMPVS cogitationis de ipso simultaneum PRAESENS * est, cui praesens succedit, PRAETERITVM, ** praesentis successiuum FVTVRVM. ***

* die gegenwärtige. ** vergangene.
*** zukünftige Zeit.

§. 298.

Actualia temporis praesentis sunt EXSISTENTIA, * (tempore praesentia, entia actu.) Actualia temporis praeteriti, si non sint simul entia actu, s. si non amplius exsistant, sunt PRAETERITA ** (res facti.) Actualia temporis futuri sunt FVTVRA, *** eaque, si non sint simul entia actu, sunt ENTIA IN POTENTIA. ****

* das jezt daseyende. ** das vergangene
*** das zukünftige. **** das noch werden soll.

§. 299.

Exsistentiae continuatio est DVRATIO. * In quo possibilis est duratio, PERDVRABILE ** dicitur. Actuale vero non perdurabile INSTANTANEVM *** (momentaneum.) Perdurabile durationis maioris est DIVTVRNVM **** (stabile, constans, perpetuum, aeternum,) minoris est BREVE ***** (fluxum, transitorium, inconstans.)

* die Dauer. ** einer Dauer fähig. *** keiner Dauer fähig. **** dauerhaft.
***** von kurtzer Dauer.

§. 300.

Tempus momentanei simultaneum INSTANS (momentum) dicitur. * Successiuum

ſiuum aliorum POSTERIVS, ** cuius alia ſucceſſiua ſunt, PRIVS, *** omnibus prius, PRIMVM, **** omnibus poſterius, POSTREMVM ***** eſt.

* ein Augenblick. ** das ſpätere. *** das frühere. **** das erſte. ***** das lezte der Zeit nach.

§. 301.

Mutatio entis in praeſens eſt INITIVM, * in praeteritum FINIS. ** Vnitio eſt vnionis initium, §. 79, 205. initium contactus ICTVS *** eſt.

* Anfang. ** Ende. *** Stoſs.

§. 302.

AETERNITAS * (rigoroſe dicta cf. §. 299.) eſt duratio ſine initio et fine. Duratio ſine fine tantum eſt AEVITERNITAS, ** & omni tempori ſimultanea SEMPITERNITAS. ***

* die Ewigkeit. ** das nur ohne Ende. *** das zu aller Zeit ſeyn.

§. 303.

Exiſtentiam continuans ſine initio eſt ſimultaneum omni praeterito tempori et praeſenti, §. 301, 297, eandem continuaturum ſine fine erit ſimultaneum omni futuro tempori, §. 301, 297. Ergo omne aeternum ſempiternum eſt, §. 302.

§. 304.

§. 304.

Ens in potentia vel rationem exsistentiae sufficientem proximam habet in entibus actu, vel minus, §. 27, 10. Prius est ENS IN POTENTIA PROXIMA. * Posterius ENS IN POTENTIA REMOTA. **

* das sogleich. ** das einmahl werden soll.

§. 305.

Ens actu, dum durat, non potest non durare, §. 9, 7. hinc exsistit necessario, §. 299, 101. s. *quicquid est, dum est, est necessario.*

§. 306.

Quae locum et aetatem sibi mutuo determinant, sunt connexa, §. 281, 85. Hinc simultanea connexa sunt, qua spatium, successiua, qua tempus, §. 238, 239. Iam vero singula actualia extra se inuicem posita sunt vel simultanea, vel successiua, §. 238, 298. Ergo inter singula actualia intercedit nexus et harmonia vniuersalis. §. 48, 167.

SECTIO IIII.

CAVSSA ET CAVSSATVM.

§. 307.

Quod continet rationem alterius, eius est PRINCIPIVM. * Dependens a principio

PRINCIPIATVM ** est. Principium existentiae est CAVSSA ***, principiatum caussae CAVSSATVM ****. Quod non potest existere, nisi vt caussatum alterius extra se positi, est ENS AB ALIO ***** (dependens), quod potest etiam existere, licet non sit caussatum alterius extra se positi, est ENS A SE ****** (independens.)

* die Quelle. ** das abgeleitete. *** die Ursach. **** das verursachte. ***** abhängend. ****** selbstständig.

§. 308.

Entis contingentis, hinc et finiti, existentia modus est, §. 134. 257. Hinc non sufficienter determinatur per entis contingentis et finiti essentiam, §. 65. Ergo nec per eius attributa, §. 64. 65. Ergo in internis entis contingentis et finiti determinationibus non est eius existentiae ratio sufficiens, §. 52. At necessaria est tamen enti contingenti et finito ad existendum, §. 22. 101. Ergo extra ens contingens et finitum ratio existentiae eius sufficiens vt sit, necesse est, quam quae continent quum caussae sint, §. 307. ens finitum et contingens non potest existere, nisi vt caussatum extra se positi, i. e. est ens ab alio, §. 307.

§. 309.

Ens a se non est contingens, nec finitum,

tum, §. 308, 307. hinc neceſſarium, §. 109. et infinitum, §. 258.

Ens neceſſarium et infinitum, §. 258. poteſt exiſtere, licet non ſit cauſſatum alterius extra ſe poſiti, §. 109, 102. ergo eſt ens a ſe et independens, §. 307.

§. 311.

Principium poſſibilitatis PRINCIPIVM ESSENDI, * (compoſitionis) cauſſa PRINCIPIVM FIENDI, ** (generationis) principium cognitionis PRINCIPIVM COGNOSCENDI *** dicitur, idque ſi nec plura, nec pauciora inde cognoſci poſſunt, quam datum principiatum, illi principiato ADAEQVATVM **** dicitur. Eſſentia eſt principium eſſendi et cognoſcendi modorum, §. 65, 50.

* Quelle der Möglichkeit. ** Quelle der Würklichkeit. *** Erkentniſs - Quelle. **** hinlänglich - eigen.

§. 312.

Relatorum principium TERMINVS RELATIONIS * dependens vero SVBIECTVM RELATIONIS ** dicitur. Quotcunque poteſt unum alterius fieri terminus relationis, ſunt CORRELATA ***

* der Grund. ** der Gegenſtand der Verhältniſs. *** beziehen ſich wechſelweiſe auf einander.

§. 313.

§. 313.

Inter cauſſam et cauſſatum NEXVS eſt, §. 307, 14. qui CAVSSALIS * dicitur, et, quatenus cauſſae tribuitur, CAVSSALITAS, ** quatenus cauſſato, DEPENDENTIA. ***

* Zuſammenhang der Vrſachen. ** das Verurſachen. *** verurſacht ſeyn, oder werden, die Abhänglichkeit.

§. 314.

Cauſſae plures vnius eiusdemque cauſſati ſunt CONCAVSSAE, * et ad cauſſatum CONCVRRERE ** dicuntur. CAVSSA, quae non habet concauſſam, eſt SOLITARIA. *** Concauſſarum ea, quae maximam rationem cauſſati inter reliquas continet, eſt PRINCIPALIS (primaria.) **** Concauſſae cauſſae principalis ſunt, (minus principales,) SECVNDARIAE. ***** Omnes concauſſae connectuntur inter ſe, §. 313, 33.

* Miturſachen. ** zuſammenkommen. *** die einzige Vrſach. **** die Haupt-Vrſach. ***** Neben-Vrſachen.

§. 315.

Concauſſarum vna vel eſt cauſſa alterius, vel minus, §. 10. In caſu priore CONCAVSSAE ſunt SVBORDINATAE, * in poſteriori COORDINATAE. ** Subordinatarum omni-

omnium CAVSSA PRIMA, *** reliquae SECVNDAE **** sunt.

* unter einander. ** bey und neben einander geordnete Vrsachen. *** die erste. **** Vnter-Vrsachen.

§. 316.

In concaussis subordinatis aut in caussa propiori idem dependebit a caussa vlteriori, a quo caussatum propioris pendet, aut aliud quid, §. 315, 27. Si prius, CONCAVSSAE SVBORDINANTVR ESSENTIALITER, * si posterius, ACCIDENTALITER. **

* so sind die Mitursachen in einerley. ** in verschiedenen Stücken untereinander geordnet.

§. 317.

Caussa caussae essentialiter sibi subordinatae est etiam caussa caussati, §. 316, 25.

§. 318.

Caussa vel est sufficiens vel insufficiens §. 307, 21. et ista vel secundum quid, vel simpliciter talis, §. 28. Caussa vel est mediata, a qua datum caussatum per aliam dependet, vel immediata, a qua datum caussatum, sed non per aliam, dependet, §. 27.

SECTIO

SECTIO V.

CAVSSA EFFICIENS.

§. 319.

CAVSSA realitatis per actionem est EFFICIENS, * negationis vero DEFICIENS. ** Cauſſa tam efficiens, quam deficiens agunt, hinc ſunt ſubſtantiae, §. 210. adeoque accidentia ſpectata, vt cauſſae efficientes, ſunt phaenomena ſubſtantiata, §. 201, 200. Cauſſae efficientis deficientisue cauſſata ſunt EFFECTVS. ***

* eine wirkende. ** fehlende Vrſach.
*** Wirkung.

§. 320.

Cauſſa efficiens et deficiens vel eſt mediata, quae per aliam cauſſam efficientem deficientemue, vel immediata, quae effectum, ſed non per aliam cauſſam efficientem deficientemue, actuat. CAVSSA efficiens et deficiens alteri efficienti et deficienti coordinata eius SOCIA * dicitur, et ſi altera ſiue ſocia vna ad datum effectum inſufficiens fuerit, ſocia altera vocatur AVXILIARIS. **

* vergeſellſchaftete Vrſachen. ** eine helfende Vrſach.

§. 321.

AVXILIVM * est complementum ad effectum causſae sociae insufficientis. Causſam auxiliarem esse est IVVARE. ** Ergo iuuans non est causſa solitaria, §. 320. et causſa solitaria non iuuat, §. 314.

* Hülfe. ** helfen.

§. 322.

Causſa efficiens deficiensue minus principalis efficienti deficientiue subordinata INSTRVMENTALIS * (administra, et ministerialis) est.

* ein Werkzeug.

§. 323.

Actio singularis cum effectu suo EVENTVS * dicitur. Relatio euentus est CIRCVMSTANTIA. ** Complexus relationum ad euentum concurrentium OCCASIO, *** eiusque causſa CAVSSA OCCASIONALIS est. **** Pauciſſima rum minimarum circumſtantiarum minimus ad euentum datum conſenſus est occaſio minima, §. 161. Quo plures, quo majores circumſtantiae, quo magis ad eum conſentiunt, hoc maior est occaſio, §. 160. donec ſit maxima plurimarum maximarum circumſtantiarum ad datum euentum conſenſus maximus, §. 161. Occaſio maior reſpectu loci OPPORTVNITAS, eiusque oppoſitum INOPPORTVNITAS, reſpectu

ſpectu temporis TEMPESTIVITAS, eiusque oppoſitum INTEMPESTIVITAS eſt *****

* ein Vorfall, eine Begebenheit. ** ein Umſtand. *** die Gelegenheit. **** eine gelegentliche Vrſach. ***** bequehmre und unbequehmre Zeiten und Orthe.

§. 324.

Si minima circumſtantia ſit in euentu A, quae non eſt in euentu B, euentus A et B non ſunt totaliter iidem, §. 267, 323. hinc partialiter diuerſi, §. 267. i. e. *minima circumſtantia variat rem externe.*

§. 325.

Sint euentus A et B interne in aliquo gradu iidem, et ſpectentur in diuerſiſſimis circumſtantiis, diuerſitas inde pendens non eſt, niſi in relationibus, §. 323. hinc externa, §. 36. Ergo interna euentuum identitas diuerſitate circumſtantiarum, loci, aetatis, §. 281, 85. e. c. nec augetur, nec minuitur, §. 162. i. e. *Locus et tempus non variant rem interne.*

§. 326.

Poſito principio, ponitur principiatum, §. 307, 30. *Poſita cauſſa, ponitur cauſſatum*, §. 311. *Poſita cauſſa efficiente et deficiente, ponitur effectus*, §. 319. *poſita cauſſa occaſionali, ponitur occaſio*, §. 323. *et v. v.* §. 29.

§. 327.

Posito eodem, simili, aequali, congruenti principio, hinc caussis, §. 307. efficientibus, deficientibus, §. 319. occasionalibus, §. 323. ponuntur eadem, similia, aequalia, congruentia principiata, §. 276, 307. caussata, effectus, occasiones, et v. v.

§. 328.

Sublato principio, hinc caussa, §. 307. efficiente, deficiente, §. 319. et occasionali, §. 223. tollitur principiatum, caussatum, effectus, occasio, §. 307, 31. et v. v. §. 32.

§. 329.

Omnis effectus caussae deficienti vel efficienti similis est, §. 265. i. e. *qualis caussa, talis effectus*, §. 70. Effectus caussae efficienti vel similis, qua differentiam vtriusque specificam, vel minus, §. 10. Prior EFFECTVS VNIVOCVS, * posterior AEQVIVOCVS ** dicitur.

* eine Wirkung von einerley. ** von verschiedener Art.

§. 330.

EFFECTVS in data actione rationem exsistentiae proximam habens est effectus eius IMMEDIATVS * (proximus, et continuus, cf. §. 285.) MEDIATI ** (remoti) sunt, qui vlteriorem tantum rationem exsistentiae

sistentiae suae in data actione habent. Effectus actionis omnes in omni intensione sumti sunt EFFECTVS PLENVS. *** MINVS PLENVS **** est vel quidam tantum, vel in minori gradu spectatus.

* unmittelbare. ** mittelbare. *** völlige. **** Wirkung, die nicht völlig ist

§. 331.

Effectus plenus tantus est, quanta actio, per quam actuatur, §. 330, 214 hinc actioni aequalis est, §. 70. Iam actio tanta, quanta vis viua, per quam actuatur, §. 220, 166. hinc actio viribus viuis, a quibus actuatur, aequalis est, §. 70. Ergo actio caussae efficientis aequalis est viribus eius viuis, §. 319. Hinc *effectus plenus aequalis* (proportionatus) *est viribus caussae efficientis viuis*, §. 275.

§. 332.

Nobilitas seu dignitas alicuius effectus caussae alicui efficienti essentialiter subordinandi ad huius effectum plenum pertinet, §. 330, 317, 166. Ergo *effectus non est nobilior sua caussa efficiente, cui essentialiter subordinatur*, 331, 160.

§. 333.

Ex effectu qualitates, §. 329, et quantitates, §. 331. hinc determinationes causs-

sae cognosci possunt, §. 70, 67. Ergo effectus est principium cognoscendi caussam, §. 311. i. e. *effectus testatur de caussa.*

§. 334.

Omne ens contingens et finitum est ens ab alio, §. 308. Ergo exsistenti exsistentia non inhaeret per vim ipsi propriam, §. 307. hinc vis aliena extra finitum et contingens reale posita est ratio sufficiens inhaerentis enti finito et contingenti reali exsistentiae, §. 210. Ergo substantia extra ipsum posita in illud agit exsistentiam influendo, §. 211. Hinc omne ens contingens et finitum reale est effectus, §. 319. et habet caussam efficientem, §. 326.

§. 335.

NEXVS caussalis inter caussam efficientem, deficientem et effectum EFFECTIVVS dicitur. * Hinc caussae sociae connectuntur nexu effectiuo, §. 320, 314.

* Zusammenhang der Vrsachen und Wirkungen.

SECTIO VI.
VTILITAS.

§. 336.

VTILE * est alteri bonum, non bonum alteri INVTILE, ** alteri malum NOXIVM

XIVM *** est. Hinc VTILITAS **** est bonitas respectiua, §. 37. quae si tributu rei, cui alterum prodesse potest, PASSIVA, ***** si illi, quod prodesse potest ACTIVA ****** dici potest.

* nützlich, nutzbar. ** unnütz. *** schädlich. **** Nützbarkeit. ***** des, dem genutzt werden kann. ****** die thätige Nutzbarkeit.

§. 337.

Vtilitas minima est, qua vnicum minimum in altero vnico minimo ponit vnicam minimam perfectionem, §. 336, 161. hinc augetur, quo plura, quo maiora, in quo pluribus, quo maioribus, quo plures, quo maiores perfectiones ponunt, §. 187. Gradus vtilitatis VALOR,* et iudicium de valore PRETIVM** (aestimatio) dicitur. Hinc aestimatio cum pretio vel vera, vel apparens, s. imaginaria est, §. 12.

* Werth. ** Preiss, Achtung, Schätzung, Würdigung.

§. 338.

VSVS * est vtilitatis actuatio. ABVSVS vel vsus apparens, ** vel vsus, quo vtile interit. *** Quumque cognosci possit ex vtili perfectio eius, cui prodest, §. 336, 100. vtile et illud, cui prodesse potest, connexa

sunt, eorumque nexus NEXVS VTILITATIS **** dici potest.

* der Gebrauch, Nutzen. ** Misbrauch.
*** Verbrauch der Nutzbarkeiten. **** Zusammenhang

§. 339.

Si quis vtatur vtili, actuatur per illud alterius perfectio, §. 338, 100. et vtile per vsum fit caussa perfectionis illius, cui prodest, §. 207. Et hic nexus caussalis dici potest NEXVS VSVVM. * Quo quis vtitur, est illud vtile, §. 336, 57, omnino inutili nemo vtitur, §. 338, 58. quoddam tamen vtile caret vsu, §. 59. hinc aliquid, quo nemo vtitur, nihilo minus est vtile, §. 60.

* Zusammenhang der Nutzen.

§. 340.

Vtilia vni eidemque rei cum ea connexa sunt, §. 339. Ergo omnia vtilia ad vnum connexa sunt inter se, §. 314. Vtile A vtili B essentialiter sibi subordinato, vtile est et illi C, cui prodest B, §. 317.

SECTIO VII.

RELIQVA CAVSSARVM GENERA.

§. 341.

Si quis vtitur vel abutitur aliquo ad bonum sibi visum actuandum: ipsum bonum agenti visum FINIS,* cf. §. 248. causſae finis, quibus ad finem vti vel abuti potest, MEDIA ** (destinata, finita, cf. §. 248. remedia), finisque repraesentatio INTENTIO *** dicitur. Iam finis est principium vsus vel abusus, §. 338, 207. hinc causſa finalis, §. 338, 307.

* Zweck. ** Mittel. *** Absicht.

§. 342.

Intentionis rationes in intendente vocantur CAVSSAE IMPVLSIVAE.* Finis est effectus actionis et mediorum, quibus agens vtitur vel abutitur, §. 341, 319. Hinc finis plenus est aequalis actioni et mediis. Media et actio sunt aequalia (proportionata) fini pleno. §. 331. Captatio occasionis §. 323, et impedimentorum remotio §. 221. sunt media, §. 341.

* Trieb oder bewegende Vrsachen.

§. 343.

Nexus cauſſalis mediorum et finium FINALIS * eſt, omnes coſines connectuntur inter ſe, §. 314, 341. Finis finium eſſentialiter ſibi ſubordinatorum eſt et finis mediorum, §. 317, 341. FINIS primus, ſeu cui coſines omnes ſubordinantur, VLTIMVS ſeu SCOPVS ** dicitur, et hic eſt vel ſimpliciter vltimus, vel talis ſecundum quid in data finium ſubordinatione, §. 28. reliqui INTERMEDII ***

* Zuſammenhang der Mittel und Zwecke.
** Endzweck. *** Mittel - Zwecke.

§. 344.

Si ens concipitur, vt determinabile, MATERIA, cf. §. 295, 299. EX QVA, * in ipſo determinationis actu, MATERIA CIRCA QVAM (obiectum, ſubiectum occupationis), ** facta determinatione MATERIA IN QVA, et haec cum materia ex qua, SVBIECTVM vocatur,

* der Stoff, der Zeug. ** der Gegenſtand.

§. 345.

Materia et forma quum actualis determinationis rationem contineant, §. 344, 40. cauſſae ſunt, §. 307. Illa materialis, haec formalis. Concauſſae materiales et forma-

formales sunt inter se connexae, §. 314. earumque NEXVS cum suis principiatis, §. 307, et inter se, §. 314. ille SVBIECTIVVS dici potest, hic FORMALIS (essentialis.)

§. 346.

EXEMPLAR * est, cui simile intenditur, et caussa impulsiua quum sit, §. 342. est caussa, §. 307. quae exemplaris dicitur, eiusque caussatum EXEMPLATVM ** (ectypon, copia) vocatur. EXEMPLAR, quod non habet aliud, est ARCHETYPON *** (originale.) Exemplar et exemplatum et coexemplaria connectuntur nexu caussali, §. 313, qui NEXVS EXEMPLARIS est (typicus.)

* das Muster. ** der Abdruck. *** das Vrbild.

SECTIO VIII.

SIGNVM ET SIGNATVM.

§. 347.

Medium cognoscendae alterius exsistentiae SIGNVM * est, signi finis SIGNATVM. ** Hinc signum est signati principium cognoscendi §. 311, et NEXVS inter signum et signatum SIGNIFICATI-

CATIVVS *** est, signoque tributus SIGNIFICATVS **** dicitur, (vis, potestas.)

* das Zeichen. ** das bezeichnete. *** der Zusammenhang der Zeichen. **** die Bedeutung.

§. 348.

Signatum actuale, §. 347. vel praesens est, tunc SIGNVM dicitur DEMONSTRATIVVM; * vel praeteritum, tunc signum dicitur MNEMONICVM, ** (rememoratiuum, μνημοσυνον,) vel futurum, §. 298. tunc signum dicitur PROGNOSTICON.

* ein Anzeigungs-Zeichen. ** ein Erinnerungs Zeichen.

§. 349.

Scientia signorum est (semiotica, semiologia philosophica, symbolice) CHARACTERISTICA, * eaque, I. HEVRISTICA ** de inueniendis signis tam PRIMITIVIS, *** quae non habent signa pro partibus, quam DERIVATIVIS **** quae ex signis sunt composita. Horum modus compositionis essentiae signati si sit similior sunt ea ESSENTIALIA. ***** Heuristica signorum deriuatiuorum est COMBINATORIA, ****** et II. HERMENEVTICA, ******* de cognoscendis

dis signorum signatis. Haec HERMENEVTICA VNIVERSALIS est ******* Characteristica prognosticorum est MANTICA. *********

* die allgemeine Zeichen-Kunst, ** die erfindende, *** einfache, **** zusammen gesetzte Zeichen. ***** wesentliche Zeichen ****** die verbindende, ******* die deutende, ******** die allgemeine Auslegungs-Kunst, ********* die Kunst der Vorbedeutungen.

§. 350.

Signum repraesentationis est TERMINVS (cf. §. 248. symbolum.) Termini per vocem humanam vsitatiores sunt VOCABVLA. * Series vocabulorum repraesentationes connexas significantium est ORATIO (latius dicta) ** Complexus vocabulorum in certa regione maiori vsitatiorum est LINGVA PARTICVLARIS. *** Lingua in certa minori regione vsitatior, a se ipsa, vti in aliis minoribus regionibus vsitatior est, differens IDIOMA est. **** Idioma perfectius est DIALECTVS. Termini, ductus oculis obseruandi, sunt CHARACTERES STRICTIVS DICTI, ***** cf. §. 67. Hi vel vocabulorum, NOMINALES, ****** vel rerum signandarum vocabulis immediati, REALES, ******* qui si aliam rem significent,

cent, quam cui simillimi sunt, sunt HIEROGLYPHICI, societatum INSIGNIA, ********* si in omni lingua particulari legi possunt, eorum complexus est LINGUA VNIVERSALIS. **********

* Wort. ** Rede. *** besondre Sprache. **** Mund-Art. ***** Züge. ****** Wort-. ******* Sach-Charactere. ********* Siegel, Pettschaft, Wapen. ********** die allgemeine Sprache.

✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲

PARS II.

COSMOLOGIA.

PROLEGOMENA.

§. 351.

COSMOLOGIA GENERALIS est scientia praedicatorum mundi generalium, eaque vel ex experientia propius EMPIRICA, vel ex notione mundi, RATIONALIS.

§. 352.

Cosmologia principia psychologiae, theologiarum, physicae, teleologiae, philosophiae practicae prima continens, refertur

fertur, §. 2. cum ratione, ad metaphysicam.

Cosmologia mundum 1.) notionem 2.) partes 3.) perfectionem docet.

CAPVT I.

NOTIO MVNDI.

SECTIO I.

NOTIO AFFIRMATIVA.

§. 354.

MVNDVS * (cf. §. 91, 403, 434. vniuersum) est series (multitudo) rerum actualium finitarum, quae non est pars alterius.

* die gantze Welt.

§. 355.

Hic mundus existit. Ergo mundus est in re possibilis, §. 57, 187.

§. 356.

In hoc mundo sunt actualia extra se posita, hinc nexus vniuersalis actualis §. 279, 306.

§. 357.

§. 357.

In omni mundo sunt partes actuales, §. 354, 155. hae singulae connectuntur cum toto, §. 14, 157. hinc singulae connectuntur cum singulis, §. 33. Ergo in omni mundo nexus est partium et harmonia vniuersalis, §. 4. i. e. *in mundo non datur insula.* Aliter: Partes mundi vel sunt extra se inuicem posita actualia, et connectuntur singula cum singulis, §. 279, 306. vel sunt eius determinationes internae non positae extra se inuicem, §. 10, 37. et connectuntur singulae cum singulis, §. 49.

Οὐκ ἐστιν ἐπεισοδιώδης, ἐστιν ὥσπερ στρατεύμα.

§. 358.

In hoc mundo exsistit nexus effectiuus (regnum potentiae,) §. 335. vtilitatis, §. 338. vsuum, 339. finalis (regnum sapientiae,) §. 343. subiectiuus et formalis, §. 345. exemplaris, §. 346. significatiuus, §. 347. Hinc nexus eiusmodi sunt in mundo possibiles, §. 57.

§. 359.

Omnis mundus quum sit ens, §. 355, 62. erit vnum, §. 73. (354, 155.) verum, §. 90. (§. 357, 355, 354, 92.) Hinc in omni mundo est ordo, §. 89. et regulae communes, §. 86. Mundus fabulosus non est mundus, §. 120.

§. 360.

Omnis mundus est perfectus, §. 99, 359. et bonus, §. 100.

§. 361.

Partes omnis mundi singulae sunt entia contingentia, §. 354, 257. Hinc earum existentia modus est, §. 134. Iam existentia singularum mundi partium simul sumtarum est existentia mundi, §. 155. Ergo existentia mundi modus est, et omnis mundus est ens contingens, §. 111. Alter: Pone quendam mundum esse ens necessarium, omnes eius determinationes internae erunt absolute necessariae, nec hinc vlla pars istius mundi habebit modos, §. 108, 157. nec erit ens contingens, §. 134. sed omnis pars illius mundi erit ens necessarium, §. 109, hinc infinitum, §. 258. q. a. §. 354.

§. 362.

Omnis mundus est vnum, §. 359 modos tamen habet, §. 361, 112. hinc determinationes in se separabiles, §. 72, 65. hinc vnitatem hypotheticam, §. 76, et intrinsecus contingentem, §. 115.

§. 363.

Nullius mundi partium connectio est absolute necessaria, §. 362, 102. est tamen

coordinatio, §. 78. Ergo in omni mundo est ordo in se contingens, §. 117. hinc et veritas intrinsecus contingens, §. 119. §. 364.

Omnes partes mundi reales, §. 136, quum consentiant ad gradum realitatis mundo ipsorum tribuendum, §. 248, 140. ita tamen, vt in se possint etiam non consentire, aut non tantum consentire, vtpote entia contingentia, §. 354, 257: in omni mundo est perfectio in se contingens, §. 122. §. 365.

Omnis mundus est absolute et interne mutabilis, §. 361, 133.

In omni mundo sunt realitates absolute necessariae, §. 359. 360. hinc bonum metaphysicum, §. 147. et in se contingentes, §. 362 - 364. hinc bonum physicum late dictum, §. 147.

Hic mundus est vnum, §. 359, in se contingenter, §. 362. Est in hoc mundo ordo, §. 359. et veritas intrinsecus contingentes, §. 363. est et perfectio et bonitas intrinsecus contingens, §. 364. bonum metaphysicum et physicum late dictum,

ctum, §. 366, et est hic mundus absolute, est interne mutabilis, §. 365, 154.

§. 368.

Mundus minimus esset totum paucissimorum minimorum actualium, §. 161, 354. hinc quo plura, quo maiora finita pro partibus habet, hoc fit maior, §. 160. donec sit maximus plurimorum maximorum in finitis aggregatum, §. 161.

§. 369.

STATVS MVNDI * est totum omnium statuum in partibus eius simultaneorum. Iam hic mundus habet partes, in quibus coexsistunt fixa cum mutabilibus. §. 367. Ergo hic mundus habet statum, §. 205.

* der Zustand einer gantzen Welt.

§. 370.

Omnis et huius mundi exsistentia modus est, §. 361, 134. hinc potest abesse et adesse salua mundi essentia, §. 65. Quumque sit absolute mutabilis omnis et huius mundi actualitas, §. 133. omnis mundi initium et finis est absolute possibilis, §. 301, 65.

§. 371.

Mundus non potest oriri, nisi ex nihilo. Ponatur enim aliquis mundus ita oriri, vt tamen iam aliqua pars eius ipsi

praeexstiterit: quoniam et quamdiu haec pars eius exstitit, fuit ex parte exsistens, vti semper erit, si exstiterit, non vero non exsistens, hinc post partem praeexsistentem oriri visus non oritur: § 227. quum nondum ortus esset talis mundus, non tamen fuit amplius mere possibilis, dum totum exsistentis partis esset, adeoque iam, qua exsistentiam, determinatus, §. 54. Ergo mundus non oriens ex nihilo non oritur, §. 228. Sic et mundus non annihilatus non interit, dum superstite parte manet ex parte exsistens, vti semper fuit, si exstitit, hinc non mutatur in non exsistens, §. 227. Ergo mundus non potest interire, nisi per annihilationem, §. 228.

Omnis et hic mundus est ens finitum, §. 255, 361. hinc possibilis eius cognitio philosophica et mathematica, §. 249.

Omnis mundus et hic habet malum metaphysicum, §. 250. et contingens, s. physicum late dictum, imperfectionem in se contingentem absolute possibilem, §. 263. partim bonus, partim malus, §. 264.

§. 373.

Omnes mundi sunt et enti infinito, et sibi inuicem, et cuilibet partium suarum partia-

partialiter similes, §. 265, 267, sed impossibiles sunt plures extra se inuicem actuales totaliter iidem, §. 269, diuersi, §. 268. congruentes, §. 270. similes, §. 271. aequales §. 272.

§. 374.

Quum partes mundi vel sint simultaneae, vel successiua, §. 238, 354 si extra se inuicem ponantur, connectentur in mundo aut per tempus, aut per spatium, aut per vtrumque, §. 239, 306.

§. 375.

Omnis mundus est ens ab alio, §. 361. seu dependens, §. 308. et hic mundus habet caussam efficientem extra se positam, eiusque effectus est, §. 334. testans de caussa, §. 333.

§. 376.

Omnis mundi partes sunt actualia, §. 354. hinc singulae in suo mundo, adeoque partes huius mundi in hoc mundo habent veritatem, §. 90. et certitudinem, §. 93. vt determinationes internas, §. 37, 93. determinatas, §. 54.

§. 377.

Finita, quae non absolute solum, nec hypothetice tantum in qualicunque nexu, sed etiam in vniuersali nexu ALICVIVS MVNDI possibilia sunt, POSSIBILIA * il-

lius mundi vocantur. Hinc possibilia huius mundi sunt, quae in vniuersali eius nexu spectata tamen sunt hypothetice possibilia, hinc maiorem possibilitatis gradum habent, §. 165, 246.

* das Mögliche einer gewissen gantzen Welt.

§. 378.

Si vel vnica pars huius mundi esset alia, quam est, mundus hic non esset totaliter eidem, qui est, §. 155, 267. Iam omnes partes huius vniuersi possunt esse aliae, quam sunt §. 354, 260. Ergo possibiles sunt mundi partim ab hoc diuersi, §. 38. partim idem cum eo, §. 265. i. e. plures, §. 74.

§. 379.

Hic mundus vnice singularis est, §. 77. Pone enim plures esse, constituerent cum hoc multitudinem seu seriem, §. 74. Hinc hic non esset mundus, §. 354. aut omnes isti mundi partes huius, tantum vnici, §. 354, 77.

SECTIO II.

NOTIO MVNDI NEGATIVA.

§. 380.

PROGRESSVS (regressus) IN INFINITVM * esset series entium contingentium

tium extra se inuicem positorum, quorum vnum est alterius caussa secundum quid, sine caussa simpliciter tali. In quo progressu in infinitum caussatum sumitur caussa sui, esset ille CVRVILINEVS (circularis): in quo caussatum non sumitur caussa sui, esset ille RECTILINEVS. ***

* der Fort- oder Rückgang in das Vnendliche.
** dergleichen Fortgang im Kreise. *** der grade Fort- oder Rückgang.

Progressus in infinitum, quantuscunque poneretur, esset ens contingens, §. 386, 155. Hinc haberet caussam efficientem extra se positam, §. 334. Haec non posset esse ens contingens, dum enim illud iterum esset ens ab alio, §. 308. non esset caussa progressus in infinitum, nisi secundum quid talis, §. 28. Ergo non extra progressum ipsum posita, sed pars eius, §. 155, 386. Ergo caussa efficiens progressus in infinitum deberet esse ens necessarium, §. 109. et independens, §. 310. Quocunque modo hoc potest existere, eo modo existit, §. 259. At potest existere, licet non sit caussatum alterius extra se positi, §. 310. Ergo nec est caussatum alterius extra se positi, adeoque caussa effectuum suorum, simpliciter talis, §. 28. Hinc progressus in infinitum, qui deberet esse sine caussa simpliciter,

iter tali, §. 380. et tamen eam habere, est impossibilis, §. 7. nec in hoc, nec in vllo mundo ponendus, §. 354, 58.

§. 382.

FATVM est necessitas euentuum in mundo. FATVM ex necessitate mundi absoluta esset SPINOSISTICVM, non ens, nec in hoc, nec in vllo mundo ponendum, §. 354, 58.

* das Schicksaal, Verhängniss.

§. 383.

Euentus in mundo, cuius ignoratur ratio sufficiens, CASVS * est. CASVS, cuius nec est ratio sufficiens, PVRVS ** esset, impossibilis, §. 22, nec in hoc, nec in vllo mundo ponendus, §. 354, 58.

* ein Zufall, ein ungefehr. ** ein blinder Zufall.

§. 384.

Euentus ORDINARIVS * est, cuius existentia determinatur secundum certi alicuius ordinis regulas; EXTRAORDINARIVS ** est non ordinarius. EXTRAORDINARIVS ABSOLVTE *** esset, cuius existentia secundum nullas vllius ordinis regulas determinaretur; RELATIVE *** talis est, qui non lit per regulas dati certi alicuius ordinis. Extraordinarius

narius, vel ob confusionem INORDINA-

* eine ordentliche. ** ausserordentliche.
*** gantz und völlig ausserordentliche.
**** gewisser maassen ausserordentliche
***** unordentliche Begebenheit.

§. 389.

Absolute extraordinarium non esset verum, §. 384, 89. hinc impossibile, §. 90, 62. nec in hoc, nec in vllo mundo ponendum, §. 354, 58.

§. 390.

Euentus, sine vlla ratione sufficiente proxima esset SALTVS ABSOLVTVS. *

Euentus sine ratione sufficiente proxima ordinaria est SALTVS RESPECTIVVS. **

* das völlig durch einen Sprung geschähe.
** wobey gewisser massen ein Sprung statt hat.

§. 391.

Quod existeret sine ratione sufficiente vlla proxima, §. 27. existeret per casum purum, §. 22, 383. hinc saltus absolutus est impossibilis, §. 386, 284. nec in hoc, nec in vllo mundo ponendus, §. 354, 58. Respectvs etiam omnis, si non inordinati quid est, est tamen aliquid extraordinarii, §. 384.

388. Mundus nec eſt ſubſtantia infinita, §. 372, 248. nec determinatio eius interna, §. 365, 252. hinc nec eſſentia entis infiniti, §. 40. nec attributum, nec modus, §. 50, nec modificatio, §. 209. Hinc omnis mundus extra ſubſtantiam infinitam ponendus eſt, adeoque hic etiam mundus exſiſtit extra ens infinitum, quod ideo vocatur ENS EXTRAMVNDANVM, * ens extra hunc mundum actuale.

* das Weſen auſſer der Welt.

389. Omnis, hinc et hic, mundus, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, §. 191. Si hic mundus ſubſtantia fuerit, extra ſubſtantiam infinitam ſubſiſtit, §. 388. vt adeo infinita ſubſtantia non ſit vnica ſubſtantia, §. 77.

390. Si hic mundus fuerit accidens, non tamen eſt accidens ſubſtantiae infinitae, alias non exſtiturus extra ſuum ſubſtantiale, §. 196, 388. nec exſiſtere poteſt, niſi in ſubſtantia, aut ſubſtantiis, §. 194. Ergo ſi hic mundus ſit accidens, infinita ſubſtantia nec tunc eſt vnica ſubſtantia, §. 77, 389. Iam alteruter caſus eſt neceſſarius, §. 191, 10. Ergo ſubſtantia infinita non eſt ſubſtantia vnica.

Vis infinita non est vnica vis, §. 390, 198. in omni et hoc mundo sunt vires finitae, §. 390, 388.

CAPVT II.

PARTES VNIVERSI.

SECTIO I.

PARTES VNIVERSI SIMPLICES.

§. 392.

Omnis mundus aut est ens simplex, aut compositum, §. 224. hic est ens compositum. Qui hunc mundum se putat ens simplex est EGOISTA.

§. 393.

Mundi compositi partes singulae et simul sumtae non possunt esse accidentia. Quum enim exsistere talis mundus non posset, nisi in substantiis, §. 155, 191. nec posset tamen infinitae inhaerere, §. 388, nec vnicae finitae, §. 224, 194. requireret plures substantias finitas, quibus inhaereret, §. 77. At hae constituerent seriem finitorum actualium, quae si non esset pars mundi ex meris accidentibus compositi, cum

cum ipso tamen constitueret seriem finitorum actualium ipso maiorem, §. 160. hinc ipse non esset mundus, §. 354. Si series illa, quam substantiae finitae constituerent, esset pars eius mundi, non esset ille ex meris accidentibus compositus, §. 155. Hinc impossibilis est mundus ex meris accidentibus compositus, §. 61, 62. Omnis mundus compositus est compositum strictius dictum, §. 225. Omnis mundus aut est substantia, §. 389, 392, aut compositum strictius dictum.

§. 394.

Partes mundi compositi sunt vel substantiales, vel accidentales, §. 393. et illae quidem monades, §. 235. Hinc omnis mundus compositus, et hic monadibus constat, §. 392. Vnde denuo patet, nullum mundum oriri posse, nisi ex nihilo, §. 236, nec interire, nisi per annihilationem, §. 237, 393.

§. 395.

Hic mundus compositum strictius dictum, §. 393. monadibus constat, nec est in eo quicquam substantiale, praeter monades, §. 394. Qui negat existentiam monadum est MATERIALISTA VNIVERSALIS. Qui negat existentiam monadum vniuersi, c. g. huius, partium est MATERIALISTA COSMOLOGICVS. (cf. §. 757.)

§. 396.

§. 396.

Monades omnis, hinc et huius, compositi mundi sunt possibilia, §. 8. rationalia, §. 24. entia, § 63. vna, §. 73. vera, §. 90. obiectiue certa, §. 93 perfecta, §. 99. bona, §. 100. entia contingentia, §. 257. mutabilia, §. 133. realia, §. 136. vniuersaliter connexa, §. 357. sunt vi praeditae, imo vires, etiam strictius dictae, §. 199. habent statum internum, §. 206, et externum, §. 207. modificabiles, §. 209. non extensae, nec spatium replentes singulae, at aggregatae, 242. nec habent magnitudinem quantitatiuam, §. 243. indiuisibiles, §. 244. finitae, §. 354 hinc habent certum virium limitem, §. 249. malum metaphysicum, §. 250. partialiter sibi similes, §. 265, 268. at partialiter etiam tam dissimiles, quam inaequales, §. 273. singulae non admittentes figuram, ita tamen, vt totum earum admittat figuram, §. 280.

§. 397.

Monades omnis, hinc et huius, compositi mundi, quum sint actuales extra se invicem positae, §. 354, 224. aut erunt entia simultanea, aut successiua, aut vtraque, §. 238. hinc singulares habent positum, §. 148. aut in simultaneis, locum, aut in successivis, aetatem, aut vtrumque, §. 281, licet singulae locum non repleant, §. 396.

§. 398.

§. 398.

Monadum omnis hinc et huius vniuersitatis finitarum, §. 354. quaeliber extra reliquas, si subsistere ponatur, substitura, §. 192. non potest cum vlla altera esse in eodem totaliter loco, §. 282. Substantia, in cuius loco nequit esse alia extra eam posita, est IMPENETRABILIS, * (solida). Ergo omnis substantia, hinc et monades, tam huius, quam omnis compositi mundi, sunt impenetrabiles, §. 239.

* undurchdringlich.

§. 399.

Monades huius et omnis compositi, hinc extensi, mundi, §. 241, 393. sunt PVNCTA, §. 286. sed neutiquam MATHEMATICA, in quibus nihil, praeter non extensionem, ponitur, §. 396-398. nec iuxta se positae congruunt aut coincidunt, §. 70, 396. sed positis earum coexsistentibus pluribus, quia quaeuis impenetrabilis est, §. 398. ponuntur simultanea extra se inuicem certo quodam ordine, §. 396, 78. hinc in earum aggregato est spatium, §. 239. Ergo omne aggregatum monadum huius et omnis compositi mundi extensum est, §. 241. Punctum mathematicum, abstractum possibile, §. 149. si fingatur exsistere ZENONICVM est PVNCTVM, ens fictum, §.

62. PVNCTVM PHYSICVM si dicas actuale et praeter simplicitatem omnimode determinatum, quaedam monades huius vniuersi sunt puncta physica, nempe quarum ex aggregato extensum

§. 400.

Omnes compositi, hinc et huius mundi, monades sunt in vniuersali nexu, §. 357. hinc singulae singularum aut rationes sunt aut rationata, aut vtrumque, §. 14, 48. Ex rationato cognosci potest ratio, §. 29. Ergo ex quauis omnis compositi, hinc et huius, mundi monade singulae mundi, ad quem pertinet, partes cognosci possunt, §. 14. i. e. singulae omnis, hinc et huius compositi *mundi monades* sunt vires, §. 199. repraesentatiuae *sui vniuersi*, (*sunt speculum* eius *actiua*, §. 210, *indiuisibilia*, §. 244. *minores crocosmi*, *mundi in compendio*, *suique mundi concentrationes*, seu habent vim, praedictae sunt vi repraesentatiua sui vniuersi.

§. 401.

Monades mundum suum repraesentantes, §. 400. aut sibi eum repraesentant, suae perceptionis, saltim ex parte, conscias, aut minus, §. 10. Hinc et monades huius vniuersi mundum hunc aut obscure tantum repraesentant, aut clare, saltim ex parte.

te. Illae sunt MONADES NVDAE, *
(sopitae.)

* im tiefen Schlaf liegende Monaden.

Monades clare mundum repraesentant, aut sibi eum distincte, saltim ex parte, repraesentant, aut minus, §. 10. Priores intelligunt, §. 69. Ergo facultatem habent distincte cognoscendi, §. 216. i. e. INTELLECTVM * (strictius dictum, cf. §. 519.) Substantia INTELLECTVALIS, ** i. e. intellectu praedita, est SPIRITVS, *** (intelligentia, persona.) Ergo monades huius vniuersi intellectuales sunt spiritus. So os in hoc mundo spiritus admittens, est IDEALISTA.†

* Verstand. ** das mit Verstand begabt. *** ein Geist.

NEXVS spirituum alicuius mundi inter se est PNEVMATICVS. * Iam in omni et hoc mundo, cui spiritus insunt, singulis singuli connectuntur. Ergo in hoc et omni mundo, cui spiritus insunt, est nexus pneumaticus vniuersalis, §. 257. (mundus, cf. §. 354. pneumaticus, intellectualis, moralis, cf. §. 723. regnum gratiae.)

* Verbindung der Geister.

§. 404.

Omnis substantia monas est, §. 234. Omnis spiritus est substantia, §. 402. Ergo monas est et ens simplex, §. 230.

§. 405.

Omnes omnis et huius mundi, cui spiritus insunt, spiritus sunt monades, §. 404. vires repraesentatiuae mundi sui extenso parte saltim distincte, §. 402. non extensi, nec singuli spatium replentes, nec habent magnitudinem quantitatiuam, indiuisibiles, finiti, certo tantum virium gradu praediti, malo metaphysico obnoxii, partialiter sibi similes, sed et singuli partialiter dissimiles et inaequales, nec singuli figuram agnoscentes, §. 396. vnicus omnium perfectissimus est, §. 77, 185.

SECTIO II.

PRIMA CORPORVM GENESIS.

§. 406.

Totum monadum est MONADATVM. Ergo mundus hic et omnis compositus est monadatum, §. 394.

§. 407.

Monades in mundo composito aut partes etiam eius pro monadatis suis habent,

bent, aut minus, §. 10, 406. In vtroque casu monadatum eiusmodi erit EXTENSVM, §. 396. partium impenetrabilium, §. 398. partialiter dissimilium, §. 396. i. e. PARTIALITER HETEROGENEVM (difforme, dissimilare), hinc non erit EXTENSVM TOTALITER HOMOGENEVM, (vniforme, similare) i. e. partium totaliter similium. §. 271.

§. 408.

Monades huius mundi simultaneae locum, successiuae sibi mutuo determinant aetatem, §. 281, 85. hinc in se mutuo influunt, §. 211. in conflictu positae, §. 213. Ergo est in hoc mundo influxus et conflictus vniuersalis, §. 48, 306. (*bellum omnium contra omnia, concordia discors, discordia concors*, §. 364.)

§. 409.

Monadum in hoc mundo quaedam in se remotius influunt mutuo, §. 408, 27. quaedam propius, sibi praesentes, §. 223. et quia saltus absolutus in mundo impossibilis est, §. 387, quaedam proxime, se contingentes, §. 223.

§. 410.

Quia omnes monades huius mundi in se mutuo influunt, §. 408. *non est* earundem

dem *actio* transiens seu influxus *sine reactione*, §. 213.

§. 411.

Actio transiens seu influxus partium mundi in alias extra ipsas est aut simplex, aut compositus, §. 215. Simplex est etiam minimus, §. 247, 214. Huic respondet reactio, aut minima, aut maior, §. 160, 161. Si minima est, est influxui aequalis, §. 70. Si maior ponatur reactio, id, quo excedit influxum reactio, ponit reactionem influentis, §. 410. hinc influxus eius non erit simplex, §. 215. quod contra hypothesin. Ergo influxui simplici respondet aequalis reactio, §. 70.

§. 412.

Influxus compositus partium mundi in alias extra ipsas est totum plurium simplicium influxuum, §. 215, 214. Cuiuis ex his respondet reactio aequalis, §. 411. Iam si addas aequalibus aequalia summae sunt aequales, §. 70. Ergo omni influxui composito partium mundi respondet aequalis reactio. Hinc *reactio* partium mundi omnis in alias extra ipsas *est* influxui seu *actioni* transeunti *aequalis*, §. 411.

§. 413.

Vires viuae monadum in mundo per contactum mutuum inter se confligentium sunt

sunt aequales, §. 412, 331. et quia eaedem non possunt rationes proximae contradictoriorum esse, §. 140, 30. proxime locum, §. 408, 409 hinc coniunctionem sibi mutuo determinantes, §. 81, 85. non continent rationem separationis mutuae proximam, §. 72. Hinc, nisi accedat vis tertia, contingunt se inseparabiliter, §. 386. vnum constituentes, §. 73. vnitae, §. 79.

§. 414.

Ita se mutuo contingentia, vt non nisi per vim tertiam separari possint, COHAERENT. * Ergo monades mundi se mutuo contingentes cohaerent, §. 413. *Nullus contactus sine cohaesione est.* Ergo quaedam monades huius mundi cohaerent, §. 409, vnum constituentes, §. 413, extensum, §. 407.

* hangen an einander.

§. 415.

Nulla mutatio fit in mundo composito sine motu. Sit enim A mutandum ex B in non-B. Coexstiterat cum simultaneis suis extra illud positis, vt B, nunc coexsistet, vt non-B, hinc diuersam ad ea relationem, §. 37, 38. positum, §. 85, et locum nanciscetur, §. 281, et fiet motus, §. 283, 125. Quoties talis mutatio, talis in mundo composito motus fit, status mutati, et vniuersi,

vid. p. 131.

vid. p. 133.

si, cuius pars est, partim idem est cum praecedentibus, §. 265, partim diuersus, §. 125. Hinc sicuti certus aliquis motus fuit, quatenus status nouus a pristino differt; ita, quatenus status idem mansit, haec duratio status, est in mundo compositio simul duratio loci, §. 299. certi motus absentia, quies, §. 283. certique motus impedimentum fuit, §. 221. et resistentia, §. 222.

§. 416.

Monades in vniuerso constituentes extensum, §. 414, semper agunt, §. 216, 285. vi sua, §. 400. repraesentantes vniuersi sui singulos status, et suos, etiam futuros, §. 298. quatenus hi iidem sunt cum antecedentibus perdurantes, certum motum impediente, certo motui resistente, §. 415, 210, quatenus autem hi diuersi sunt ab antecedentibus, certum alium motum efficiente, s. mouente, §. 415, 210. Praedicatorum singulis partibus conuenientium aggregatum toti tribuitur, §. 155. Hinc monades quaedam huius vniuersi constituunt extensum, cui vis inertiae tribuatur, §. 294. hinc materiam, §. 295. Materia nec huius vniuersi, nec vllius vlla potest esse totaliter homogenea, §. 407.

§. 417.

Monades huius vniuersi materiam constituentes, non eam exhibent primam ex significatu §. 295. et mere passiuam, sed materiam, cui vis motrix tribuatur, §. 416. secundam, et corpus physicum, §. 296. Si moueatur vna pars huius mundi, mutatur eius relatio ad reliquas simultaneas singulas, §. 283, 281. hinc non est MOTVS in mundo PARTICVLARIS, * id est, cuiusdam mundi partis, sine vniuersali, §. 283. Hinc in hoc mundo omnis materia est in motu, §. 415. et QVIES eius non est, nisi RESPECTIVA, ** i. e. absentia determinati alicuius motus §. 283, quae si tanta fuerit, vt obseruetur nullus quiescentis motus, erit MOTVS EVANESCENS. *** *Nulla in mundo* QVIES ABSOLVTA, absentia omnis motus.

* eine besondre Bewegung. ** Ruhe von einer gewissen Bewegung, oder in Absicht auf eine gewisse Bewegung. *** eine unmerklich werdende, oder verschwindende Bewegung.

§. 418.

Extensum, aggregatum monadum, quarum singulae sunt impenetrabiles, iam hinc resistet motui suum locum occupaturorum extra ipsum positorum, §. 398, 222, iam hinc

hinc exſeret vim inertiae, §. 294. Extenſum, aggregatum monadum, quarum nulla vis eſt vlli alteri extra ſe poſitae totaliter aequalis, quarum nullum totum vlli alteri extra prius poſito monadato, qua vires, totaliter aequale eſt, §. 272, 406. nunquam eſt in totali AEQVILIBRIO,* aequalitate virium in conſligentibus, et iam hinc exſeret vim motricem, §. 294. Tale autem extenſum eſt omne monadatum in hoc mundo, §. 414, 396. Ergo monadata in hoc mundo ob vnam eandemque vim ſuarum monadum repraeſentatiuam, §. 400. quatenus ea in impenetrabilibus rationem durantis loci, quietis, certique motus abſentis continet, vim inertiae, quatenus eadem in nunquam totaliter aequilibrantibus, mutationis loci, motusque certi rationem continet, vim motricem prodent, materia, §. 416. et corpora phyſica, §. 417. Quae duae vires tantum abeſt, vt ita ſint oppoſitae ſibi inuicem, vt poſita vna diuerſo reſpectu non poſſit ſimul in eodem ſubiecto poni altera, §. 87. vt potius in reſpectu ad diuerſos motus ſint ſimul in quocunque huius mundi extenſo, §. 417, eademque vis dato extenſo tributa reſpectu dati motus motrix, reſpectu motus huic oppoſiti ſit vis inertiae, et v. v. §. 415.

* Gleichgewicht der Kräfte.

§. 419.

Quum corporibus tribuantur vires, §. 296. sunt composita strictius dicta, §. 225, 198. hinc modus compositionis est ipsorum essentia, §. 226. monadibus constant, §. 235. habent magnitudinem quantitatiuam, §. 243.

§. 420.

Corpora habent partes extra partes, §. 296, 224. Partes corporum extra se inuicem actuales primae ELEMENTA * vocantur.

* die allererſten Grund - Theile.

§. 421.

Elementa aut sunt partes corporum absolute primae, i. e. quae non habent ipsae iterum partes extra partes, aut relatiue tales, vltra quas in attentione compositionis progredi non placet, §. 420. Illae sunt entia simplicia seu monades, §. 419, 224.

§. 422.

IMMATERIALE vocatur, quod non est materia, quod est materia, MATERIALE vocatur. Elementa corporum absolute talia sunt immaterialia, §. 421, 295. INCORPOREVM est, quod non est corpus, quod est, CORPOREVM. Iam omne corporeum est materiale, §. 296. Ergo elementa corporum absolute talia sunt incorporea,

porea, hinc singula non sunt corpora, §. 296.

§. 423.

PHILOSOPHIA respectiue primum pro absolute primo habens philosophia PIGRORVM dicitur, quae, quum falsa sit, elementa relatiue talia, §. 421. materialia et corporea, §. 422. non habenda sunt pro elementis absolute talibus, immaterialibus et incorporeis, §. 422. Hinc haec commodius ELEMENTA simpliciter, illa dicuntur MATERIAE PRIMAE, * cf. 295.

* ein allererster Grund - Stoff.

§. 424.

ATOMVS * dicitur ens per se indiuisibile. Omnis monas est indiuisibilis per se, §. 244. Hinc omnis monas est atomus. Ergo elementa sunt atomi, §. 423, hinc atomi naturae dicuntur.

* das an und vor sich untheilbare.

§. 425.

OBSERVABILIA * (phaenomena) dicimus, quae per sensus possumus cognoscere (confusius.) Corpora minora nobis non obseruabilia CORPVSCVLA vocantur. PHILOSOPHIA phoenomena corporum ex corpuscu-

pusculis explicans CORPVSCVLARIS est.

* das wahrzunehmende.

§. 426.

CORPVSCVLA vel alia iterum corpuscula pro partibus habent, vel minus, §. 10, 155. Haec PRIMITIVA * dicuntur, illa DERIVATIVA. **

* die ersten. ** zusammengesetztere.

§. 427.

Omnem materiam, qualis est in hoc mundo, constituunt elementa, §. 418, 419. Hinc magnitudo quantitatiua ipsi tribuenda, §. 419, 243. est multitudo elementorum ad certam materiam constituendam vnitorum, §. 159, 413. Hinc elementa partes certae materiae cum ea, tanquam monadato suo, sunt in eodem loco, §. 155, 406. Ergo si locus eorum ita mutetur, vt non sint cum materia, quam ante constituerant, in eodem loco, non manent partes illius materiae, §. 155. Iam vero omnis relationis mutatio est in ente in se spectato possibilis, §. 133. Ergo omnis loci mutatio est in omnibus elementis in se spectatis possibilis, §. 281, 85. Ergo et ille motus, quo cessant esse partes materiae, cuius partes fuerant, §. 283. Si ita mo-

ueant-

ueantur, materia diuiditur, §. 244, 162. Ergo *omnis materia*, qualis in mundo, est *diuisibilis*, saltim in et per se, §. 18.

§. 428.

Si *materia in mundo* dicatur *diuisibilis in infinitum*: id vel intelligitur absolute, ipsi non esse partes indiuisibiles et est falsum, §. 424, 419. vel respectiue, nobis in ea diuidenda non obseruabiles partes esse, nisi iterum diuisibiles, §. 248. et est verum materiam esse in indefinitum diuisibilem, §. 425.

§. 429.

ATOMVS MATERIALIS esset corpusculum per se indiuisibile, quod nihil est, §. 427, 425. PHILOSOPHIA igitur ATOMISTICA, phaenomena corporum ex atomis materialibus explicans, fallitur.

SECTIO III.

NATVRA CORPORVM.

§. 430.

NATVRA (cf. §. 431, 466) entis est complexus earum eius determinationum internarum, quae mutationum eius, aut in genere accidentium ipsi inhaerentium sunt principia. Hinc ad naturam entis pertinent

nent 1) essentialia eius, §. 39. 2) essentia, §. 40. 3) facultates, 4) receptiuitates, §. 216. 5) vires, quibus instructum est, omnes. §. 197. Initium naturae est ORIGO, * duratio VITA, ** finis MORS, *** cf. §. 556.

* Erzeugung. ** Leben. *** Todt.

§. 431.

Natura corporum est modus compositionis eorum, §. 419. cum omni facultate, receptiuitate, vi inertiae et motrice, qua polent. §. 296, 430. Nonnunquam etiam natura simpliciter dicitur. cf. §. 430, 466.

§. 432.

Quum in mundo sit vniuersalis veritas, §. 363, 90. omnes eius mutationes habent nomas communes, §. 86, 89. secundum quas natura partium eius determinatur, §. 431. hinc et motus corporum in mundo, §. 283, quarum superiores LEGES, * inferiores REGVLAE MOTVS ** dicuntur.

* gemeine. ** besondre Gesetze der Bewegung.

§. 433.

MACHINA est compositum stricte dictum secundum leges motus mobile. Ergo *omne corpus* in mundo *est machina*, §. 419,

419, 432. Nec datur in mundo machina, niſi ens contingens, §. 361. Machinae natura per leges motus determinata MECHANISMVS eſt. At, quicquid non eſt compoſitum, non eſt machina, hinc nulla monas eſt machina, §. 439.

§. 434.

NEXVS machinarum eſt MECHANICVS, hinc nexus corporum in mundo eſt mechanicus, (mundus, cf. §. 354. corporeus, materialis, regnum naturae) §. 433. At, in quo mundo ſunt ſpiritus et corpora, in eo connexa ſunt etiam corpora cum ſpiritibus, §. 357. hinc in mundo, in quo ſunt ſpiritus et corpora, eſt nexus 1) corporum inter ſe, 2) ſpirituum inter ſe, §. 403. 3) corporum et ſpirituum mutuus, pneumatico-mechanicus et mechanico-pneumaticus (harmonia regni naturae et gratiae.)

§. 435.

PHILOSOPHIA MECHANICA eſt phaenomena corporum ex eorum mechanismo explicans. FATVM ex mechanismo corporum eſt PHYSICOMECHANICVM (phyſicum aut mechanicum ſimpliciter) at ſi quis euentus mundi per illud determinetur, eſt in ſe contingens, §. 361.

§. 361, 354 non nisi hypothetice necessarius, §. 382, 105.

CAPVT III.

PERFECTIO VNIVERSI.

SECTIO I.

MVNDVS OPTIMVS.

§. 436.

Mundus perfectissimus est, in quo plurimarum partium maximae, et maximarum plurimae partes in mundo compossibiles tantum ad vnum consentiunt, quantum in mundo fieri potest. Hinc mundus perfectissimus habet perfectionem maxime compositam, cuique mundo non nisi simplex conuenit perfectio, non est perfectissimus, §. 185.

§. 437.

Posito mundo perfectissimo ponitur summa, quae in mundo possibilis est, perfectio, §. 436. Hinc *mundus perfectissimus est* etiam mundorum possibilium omnium *optimus*, §. 187. Iam mundi partes sunt actualia, §. 354. haec vel simultanea, vel successiua, §. 306. Ergo *mundus perfectissimus*

simus tot 1) simultanea, tot 2) successiua complectitur, et 3) tanta, quot et quanta in mundo sunt optimo compossibilia, i. e. 1) *extensiue*, 2) *protensiue*, 3) *intensiue*, mundorum *est optimus maximus*, §. 436, 368.

§. 438.

Si vel duo tantum contingentia extra se posita sunt in mundo compossibilia, vel vt simultanea, vel vt successiua, quorum vnius perfectio vel nihil, vel non tantum alterius perfectioni deroget, quantum perfectioni totius addat, MVNDVS EGOISTICVS, qualem egoista hunc ponit, non est perfectissimus. Si vel vnica tantum monas non intellectualis in se possibilis et cum spiritibus in mundo compossibilis est, cuius perfectio aut nihil, aut non tantum perfectioni spirituum deroget, quantum perfectioni totius addat, MVNDVS IDEALISTICVS, qualem idealista hunc ponit, non est perfectissimus, §. 437.

§. 439.

Materialista negat in hoc mundo dari monada, §. 395. hinc mundum sibi format impossibilem, §. 394, ergo MVNDVS nec vllus, nec perfectissimus est, qualem materialista fingit hunc esse, MATERIALISTICVS. §. 436.

§. 440.

Perfectissimus etiam *mundus* finitus *est*, §. 372, et omnes eius, etiam perfectissimae, partes finitae, §. 354, 257. Ergo nec ipse, nec quicquam in eodem est infinitum realiter, §. 248. Non possunt tamen solum et ipse, et multae eius partes multis rationibus mathematice infinita esse, sed est ipse etiam omnibus, qui aut nequeunt, aut quibus non placet contingentis maximi determinare limites, *extensionis*, *protensionis*, *intensionis infinitae* mathematice talis, s. intensiue, extensiue, proteusiue indefinitus, §. 248, 437.

§. 441.

In mundo perfectissimo est maximus, qui in mundo possibilis, *nexus vniuersalis*, §. 437, 94. harmonia et consensus, §. 436, 357.

§. 442.

Quum omnis mundus sit perfectus, §. 360. imperfectissimus est, in quo minima, quae in mundo esse potest, perfectio, consensus pauciſſimorum minimorum ad vnum minimum minimus, §. 354, 185. hinc simplex, §. 96. sine exceptionibus, §. 97. Mundus imperfectissimus est minimus, §. 368.

§. 443.

§. 443.

Etiamsi mundus perfectissimus ponatur mundorum optimus, §. 437. non tamen ideo ponitur summum bonum, s. optimum metaphysicum, etiamsi ponantur in eo maximae plurimae realitates, quae in vllo mundo sunt compossibiles, non tamen absolute plurimae maximae, §. 190. multo minus absolute necessariae, quoniam singularum exsistentia modus est, §. 361. Etiamsi mundo perfectissimo tribuatur maximus realitatis in vniuerso quodam obtinendae gradus, ille tamen in ente contingenti non nisi limes erit, §. 248, 250. a realiter infiniti gradu realitatis absolute maximo, necessario, immutabili, §. 251. probe diuersus, §. 38.

§. 444.

In omni perfectione est ordo, §. 95. Hinc in mundo perfectissimo maximus est ordo, qui in mundo possibilis, §. 437, 175. Ergo plurimae regulae perfectionis communes, e. g. *Quo plura, quo maiora, quo spatiosiora*, §. 280, *quo diuturniora*, §. 299. *caeteris paribus, hoc melius*, §. 437, 187. et ordo maxime compositus, §. 183. ita tamen, vt inferiores superioresque regulae tandem ad vnam omnes ex vna summa perfectionis regula, eademque fortissima, cognosci possint, §. 182, 185.

§. 445.

In mundo perfectiſſimo quum plurimae ſint perfectionis regulae, §. 444. poſſunt etiam eſſe exceptiones admodum multae, §. 97, 372. modo maximum non tollant conſenſum, §. 440. hinc ſint, quae poſſunt, caeteris paribus, pauciſſimae, §. 161, minimae, §. 186.

§. 446.

Si in mundo perfectiſſimo collidantur ratio perfectionis ſufficiens et inſufficiens, fit exceptio ab inſufficienti: ſi collidantur foecundior et minus foecunda, fit exceptio a minus foecunda; ſi grauior et minus grauis, fit exceptio a minus grauis; ſi vlterior et propior vlteriori ſubordinata, fit exceptio a propiori; ſi ſecundum quid ſufficiens et ſimpliciter talis, fit exceptio a ſufficiente ſecundum quid; ſi inferior et ſuperior, fit exceptio ab inferiori. Quaecunque tandem regula perfectionis in mundo perfectiſſimo collidatur cum ſumma, ab ea excipitur, §. 186, 445.

§. 447.

De mundo perfectiſſimo non valent ſolum, §. 361 - 376, 354, 436. ſed etiam abſunt ab eodem longiſſime, quae abeſſe ab omni mundo docent, §§. 380 - 388, 247, 354. e. g. Tantum abeſt ab eo fatum ſpi-

noſi-

nosisticum, §. 382, vt ipsi potius indefinita extensiue, intensiue et protensiue tribuenda sit contingentia et mutabilitas, §. 440, 437, etiam hypothetica, §. 104, 127.

SECTIO II.

SVBSTANTIARVM MVNDANARVM COMMERCIVM.

§. 448.

Quum in hoc mundo sit harmonia, §. 356, sit influxus vniuersalis, §. 408, aut erit hic vbique realis, aut vbique idealis, aut aliquando realis, aliquando idealis, §. 212. Harmonia monadum mundi in se mutuo influentium est SVBSTANTIARVM MVNDANARVM COMMERCIVM. Ergo substantiae omnis et huius mundi sunt in vniuersali commercio, §. 357. Sententiae, huic explicando aptae quae videntur, SYSTEMATA EXPLICANDI COMMERCII INTER SVBSTANTIAS MVNDI ** dicuntur, eaque si explicando omni omnium commercio adhibeantur, VNIVERSALIA, cf. §. 761. (generalia). MVTATIONES partium mundi in commercio positarum, quarum in vna parte commercii euenientium cognosci potest ratio influens ex vi alterius partis commercii sunt HARMONICAE.

CAE. **** Influxus omnium substantiarum mundi in se inuicem idealis est HARMONIA PRAESTABILITA VNIVERSALIS, ***** cf. §. 462. eamque ponens in hoc mundo, est HARMONISTA VNIVERSALIS, cuius systema vocatur SYSTEMA HARMONIAE PRAESTABILITAE VNIVERSALIS. ******

* die Verbindung des in einer gantzen Welt vor sich bestehenden. ** Meinungen von der Art und Weise solcher Verbindung. *** allgemeine. **** übereinstimmende Veränderungen. ***** die allgemeine vorherbestimmte Vebereinstimmung. ****** die Meinung der algemeinen vorherbestimmten Vebereinstimmung.

Systema harmoniae praestabilitae vniuersalis non tollit influxum substantiarum huius mundi in se inuicem, sed eum ponit, §. 448, non tollit vnam mundi substantiam pati ab altera, §. 448, 212. sed quamlibet tamen mutationem suam, quam ab altera substantia huius mundi patitur, vi sua producere ponit, § 210. non tollit partium huius mundi conflictum mutuum, §. 213. facultatem receptiuitatemque actionum transeuntium, §. 217. multo minus influxum substantiae infinitae, receptiuitatemque illius influxus in finitis, §. 448. non solum non tollit, agere posse spiritus

in corpora, et corpora in ſpiritus, ſed ponit etiam in hoc mundo corpora et ſpiritus in ſe mutuo influere, §. 408, 434. ſeque poſſe mutuo contingere, §. 223, 409.

§. 450.

INFLVXVS realis ſubſtantiae mundi partis in aliam mundi partem eſt PHYSICVS. Hinc INFLVXVS PHYSICVS VNIVERSALIS eſt vniuerſalis ſubſtantiarum in mundo harmonia, qua vna in alteram realiter influit, eumque ponens in hoc mundo eſt INFLVXIONISTA VNIVERSALIS. Huius ſyſtema eſt SYSTEMA INFLVXVS PHYSICI VNIVERSALIS.

§. 451.

Syſtema influxus phyſici vniuerſalis non tollit harmoniam ſubſtantiarum mundi mutuam eamque vniuerſalem, §. 450, 48. ſed praeſtabilitam, §. 448. Non omnis, qui ponit ſubſtantias huius mundi in ſe mutuo influere, inter ſe confligere, a ſe inuicem pati, et vtrumque poſſe corpora reſpectu ſpirituum, ſpiritus reſpectu corporum, immo ſe poſſe mutuo contingere, eſt influxioniſta vniuerſalis, §. 449, 450. Influxioniſta vniuerſalis 1) negat vllam ſubſtantiam huius mundi, quando patitur ab alia ſubſtantia huius mundi, agere et paſſiones ſuas vi ſua producere, §.

450, 212. 2) ponit realiter passiones vnius substantiae huius mundi produci ab altera substantia huius mundi in eam influente, §. 450. Hinc per systema influxus physici vniuersalis nulla substantia, pars mundi, in vllis suis mutationibus harmonicis agit vi propria, §. 448. Jam vero omnes mutationes substantiae mundanae possunt ex vi cuiuscunque alius monados ad eundem mundum pertinentis sufficienter cognosci, §. 354, 400. Ergo omnes sunt harmonicae, §. 448, et hinc in nullis suis mutationibus vlla substantia mundana agit, ex systemate influxus physici vniuersalis, in omnibus realiter patiens ab aliis substantiis mundanis, quae tamen ob eandem rationem prorsus non agerent, §. 210, hinc nec vires essent, §. 197. q. c. §. 199.

§. 452.

Qui ponit in omnes substantias huius mundi pati visas ab aliis huius mundi substantiis, et realiter quidem patientes, ex ipsius sententia, solam realiter influere substantiam infinitam, est OCCASIONALISTA (assisten. mus) VNIVERSALIS, eiusque systema est SYSTEMA CAVSSARVM OCCASIONALIVM VNIVERSALE * (Cartesianum, s. Malebranchianum potius assistentiae) contradicens, §. 400, 408. hinc falsum. Idem patet inde, quod

per

per occasionalismum nulla mutatio harmonica in substantia vlla mundana est ipsius, sed tantum substantiae infinitae actio, §. 448. Hinc etiam hoc systema omnem in finitis tollit vim et energian, §. 451.

* die Meinung der allgemeinen sogenannten nur gelegentlichen Vrsachen.

§. 453.

Systema caussarum occasionalium, nisi harmoniam, influxum tamen mutuum substantiarum huius mundi vniuersalem verum tollit, §. 452, 448. hunc physicum §. 450, et idealem, §. 212, (nisi sic dicas imaginarium apparentem, §. 12) illam praestabilitam, §. 448. Non omnis, qui ponit substantiam infinitam in omnes finitarum substantiarum passiones realiter influere, nec omnis ille, qui substantiam infinitam solam in eas realiter influere ponit, est occasionalista vniuersalis, sed qui ponit 1) reales esse passiones substantiarum finitarum omnes, 2) a solo influxu substantiae infinitae dependere, §. 452.

§. 454.

Systemata harmoniae praestabilitae et influxus physici vniuersalium in hoc sunt similia §. 72, vt 1) nec influxum mutuum substantiarum huius mundi, nec harmo-

niam, nec influxum substantiae infinitae in easdem realem tollant vniuersales, §. 448, 450. 2) passiones substantiarum huius mundi ponant esse actiones alicuius substantiae finitae; in eo sunt dissimilia, vt posterius excludat ab actione patientem substantiam, prius non excludat, §. 449, 451.

§. 455.

Systema harmoniae praestabilitae et caussarum occasionalium vniuersalia in eo sunt similia, vt tollant influxum realem substantiae huius mundi in aliam, eiusdem partem, §. 70. in eo sunt dissimilia, §. 70, vt prius ideales ponat passiones quasdam earum, quas posterius reales ponit, §. 449, 453.

§. 456.

Systema influxus physici et caussarum occasionalium vniuersalia in eo sunt similia, vt passiones vnius in hoc mundo substantiae ab altera eiusdem mundi parte vtrumque ponat reales; in eo sunt dissimilia, §. 70, vt prius influere olam substantiam infinitam in eas tollat, ponat posterius, §. 451, 452.

§. 457.

SYSTEMATA EXPLICANDI SUBSTANTIARUM MUNDANARUM COM-

COMMERCIVM VNIVERSALIA, ſi ſingula ſingularum mundi ſubſtantiarum commercia ſimili modo explicant, SIMPLICIA * dicuntur. Ergo ſyſtema harmoniae praeſtabilitae, influxus phyſici et cauſſarum occaſionalium vniuerſalia ſunt ſyſtemata ſimplicia, §. 448, 456. SYSTEMATA VNIVERSALIA COMPOSITA ** ſunt, quae quaedam quarundam ſubſtantiarum mundi commercia diuerſo modo, quam alia, explicant.

* die allgemeine Meinungen von der Art nnd Weiſe der Verbindung des vor ſich beſtehenden in einer gantzen Welt ſind entweder einfach. ** oder zuſammengeſezt.

§. 458.

Praeter harmoniae præſtabilitae, influxus phyſici, et cauſſarum occaſionalium ſyſtemata vniuerſalia, quartum aliquod ſimplex vniuerſale §. 457, non eſt poſſibile §. 448, 452. infinita ſeu potius indefinita poſſunt eſſe compoſita, §. 457, 248.

§. 459.

Per harmoniam praeſtabilitam, influxum plurium ſubſtantiarum mundi in commercio poſitarum idealem in ſe inuicem maior nexus actuatur, quam per influxum earundem phyſicum. §. 167. Nam in influxu

fluxu physico passio realiter patientis non habet rationem sufficientem in patientis viribus, §. 450, 212. In harmonia praestabilita habet passio patientis substantiae rationem sufficientem 1) in ipsius viribus 2) in idealiter influente substantia, §. 449. Hinc substantia influens in harmonia praestabilita est aeque foecunda, ac in influxu physico, substantia vero patiens est in harmonia praestabilita foecundior, quam in influxu physico, §. 166.

§. 460.

Per influxum substantiae infinitae soli tributum in substantias in commercio positas realiter patientes, quicquid patiuntur, substantia patiens non est foecundior, quam per influxum physicum, §. 453. altera autem pars commercii finita adhuc minus foecunda, §. 453, 166. Ergo per harmoniam praestabilitam coniunctam cum concursu substantiae infinitae maior nexus actuatur in substantiis in commercio positis, quam per influxum soli infinitae substantiae tributum, §. 167.

§. 461.

In mundo perfectissimo est nexus possibilium in mundo maximus, §. 441. Ergo substantiae, quae et quot possunt in eo, connectuntur per harmoniam prae-

praestabilitam coniunctam cum concursu substantiae infinitae, §. 460, 459.

§. 462.

Si harmonia praestabilita vniuersalis coniuncta cum concursu substantiae infinitae est in mundo perfectissimo possibilis, est ille, qualem harmonista vniuersalis hunc ponit esse, §. 448, 461. nec est, qualemcunque systema quoddam compositum adoptaturus concipiat, §. 451. omnis contra PARTICVLARIS HARMONIA PRAESTABILITA, * i. e. quarundam mundi partium, in eodem admittenda est, §. 154.

* besondre vorherbestimmte Vebereinstimmung.

§. 463.

Quum harmoniae praestabilitae vniuersalis conditio, sine qua non, sit possibilitas eius in mundo perfectissimo, haec demonstranda est harmoniam praestabilitam demonstraturo per §. 462. Alias ita patet: ex quauis cuiusuis mundi monade singulae mundi, ad quem pertinet, partes cognosci possunt, §. 400, ergo et singulae mutationes mundanae, §. 354, 155. Tales autem sunt omnes passiones cuiusuis monadis mundanae, quam ab alia sui mundi monade patitur, §. 210. Monas

autem

autem patiens est vis, §. 199. Ergo ipsa illa monas ab alia monade mundana patiens est ratio huius passionis suae, et singularum eius partium, §. 354, 155. hinc ratio huius suae passionis sufficiens, §. 14, 21. adeoque data passio ipsius simul est patientis actio, §. 210. Ergo passiones omnes monadum cuiusuis mundi, quas ab aliis monadibus mundanis patiuntur, sunt tantum ideales, §. 212. Ergo talis etiam semper influxus monadis mundanae in aliam, nunquam realis, nunquam physicus, §. 450. Hinc in hoc etiam mundo omnes eius substantiae sunt tantum per harmoniam praestabilitam in commercio vniuersali, §. 448. nullae vnquam per influxum physicum. Systema harmoniae praestabilitae vniuersalis est vera sententia, ergo et omnis particularis harmonia praestabilita vera est, §. 462, omnis et vniuersalis et particularis influxus physicus, et eius systema, §. 450, et systema caussarum occasionalium, §. 452, falsa sunt.

§. 464.

In mundo perfectissimo nexus est, qui in mundo possibilis, maximus, §. 441. Ergo si sunt in mundo perfectissimo corpora et spiritus, §. 438. est nexus mechanicus, pneumaticus, et pneumaticomechanicus in eodem maximus, §. 441. (maxima

xima regni naturae et gratiae harmonia, §. 434, 403. praestabilita, §. 463.)

§. 465.

DVALISTA est, qui ponit hunc mundum constare spiritibus et corporibus extra se. Hinc mundus perfectissimus non egoisticus, non idealisticus §. 438, est, qualem hunc dualista concipit, §. 439.

SECTIO III.

NATVRALE.

§. 466.

Complexus naturarum in singulis et simul sumtis partibus mundi est NATVRA VNIVERSA (naturata cf. §. 859). Hinc natura huius et perfectissimi vniuersi est aggregatum seu complexus omnium essentialium, essentiarum, facultatum, receptiuitatum, virium, quibus omnes eius partes, monades, elementa, spiritus, materiae, corpora instructa sunt, §. 430. hinc omnis omnium in eo corporum modus compositionis, vis inertiae, vis motrix, et mechanismus est pars naturae vniuersae, §. 431, 433.

§. 467

§. 467.

Essentia mundi eiusque compositi modus compositionis, §. 226. cum essentiis singularum eius partium, non est, nisi pars, satis parua, §. 161. naturae vniuersae §. 466, 155.

§. 468.

Natura vniuersa habet partes internas mutabiles, §. 466. easque perfectissimi mundi natura vniuersa plurimas, §. 437. Hinc natura vniuersa cuiusuis mundi est ens contingens, §. 131. et finitum, §. 255, et perfectissimi quidem mundi natura vniuersa habet contingentiam mathematice ter infinitam, §. 447.

§. 469.

EVENTVS ab vllius entis contingentis natura actuandus est NATVRALIS SVPERNATVRALI CONTRADISTINCTVS, cf. §. 474. At euentus a determinata determinati entis contingentis natura actuandus est NATVRALIS, PRAETERNATVRALI cf. §. 474. CONTRADISTINCTVS. Quicquid ab alicuius natura actuari potest, est ipsi PHYSICE POSSIBILE, quicquid non potest, est ipsi PHYSICE IMPOSSIBILE. Quaedam in se possibilia non tamen a quauis natura actuari possunt, §. 15., 430. ergo multis possunt

sunt esse physice impossibilia. Non omne physice nonnullis impossibile est et absolute tale. Physice alicui contingenti impossibilia sunt talia aut in quocunque eius natura spectetur statu NATVRALITER IMPOSSIBILIA SIMPLICITER (mere, omnino, prorsus), aut tunc demum, si in certo statu spectetur eius natura, NATVRALITER IMPOSSIBILIA SECVNDVM QVID (pro nunc et sic). Impossibilitas naturalis simpliciter talis realitatum est IMPOTENTIA MERE NATVRALIS. Non omnis impossibilitas naturalis est impotentia mere naturalis aut absoluta impossibilitas, § 467. Oppositum physice impossibilis est PHYSICE NECESSARIVM, physice possibilis PHYSICE CONTINGENS. Non omne physice necessarium est absolute necessarium, §. 102. Quaedam in se contingentia possunt multis esse physice necessaria, §. 104. Physice necessaria vel sunt simpliciter, vel secundum quid talia.

§. 470.

NATVRALE CERTO CORPORI est a determinata eius natura actuandum, CERTO MVNDO CORPOREO est, quod per naturam corporum certi mundi vniuersam actuandum, §. 466. NATVRALE CERTO SPIRITVI CONTINGENTI est

per

per determinatam eius naturam actuandum. NATVRALE CERTO MVNDO PNEVMATICO est, quod per naturam spirituum certi mundi vniuersam actuandum est, §. 469,

§. 471.

Successio naturalium in mundo est CVRSVS NATVRAE. Hinc cursus naturae opponitur successioni vel supernaturalium, vel praeternaturalium §. 469, et vel in aliquo corpore, vel in toto aliquo mundo corporeo, vel in spiritu aliquo, vel in toto aliquo mundo pneumatico, vel in vniuersa natura spectatur, §. 470, 466.

§. 472.

Ordo naturalium in mundo est ORDO NATVRAE, isque vel supernaturalium, vel praeternaturalium opponitur coniunctioni, et vel in certo tantum corpore, vel mundo corporeo, vel spiritu, vel mundo pneumatico spectatur, §. 469, 470, vel in vniuersa natura, §. 466. Horum ordinum singuli normas suas communes habent, §. 86. Ergo sunt in hoc mundo normae naturalis ordinis leges regulaeque communes, §. 432. diuersae, §. 38. at similes, §. 70. Complexus legum similium IVS * est, cf. §. 971. (latius dictum). Legum ordinis naturae complexus IVS NATVRAE

comprehendens CAMPOS CONFVSIONIS, DISTINCTIONIS, ***** ADAEQVATIONIS e. c.

* die gantze Vorstellung. ** iener Theile. *** das Feld der Dunckelheit. **** das Feld des Lichtes. ***** die Felder der Verwirrung; der Deutlichkeit, u. s. w.

§. 515.

Cognitio vera est realitas, §. 12, 36. cuius oppositum cognitio nulla s. defectus cognitionis, IGNORANTIA, * et cognitio apparens s. ERROR ** sunt negationes, §. 81, 36. Cognitio minima est vnicinimi minime vera, §. 161. Ergo quo pluzium, quo maiorum, quo verior est, hoc maior est, §. 160, donec sit maxima plurimorum maximorum verissima. Gradus COGNITIONIS, quo plura cognoscit, est eius VBERTAS *** (copia, extensio, diuitiae, vastitas), quo pauciora, ANGVSTIA, **** quo maiora, est DIGNITAS ***** (nobilitas, magnitudo, grauitas, maiestas), quo minora, VILITAS ****** (exilitas, leuitas). Quo veriora, quo maiori ordine coniungit cognitio, hoc verior, §. 184. hinc maior est. COGNITIO veriora sistens EXACTA (*a*) (exasciata) est, minus vera exhibens, CRASSA. (*b*) Maior in cognitione ordo, s. METHODVS est COGNITIONIS METHODICVM

(acroamaticum, disciplinale), minor, TVMVLTVARIVM. (c) Cognitio eiusque repraesentationes in anima mea sunt vel minores vel maiores, §. 214. iisque, qua rationes sunt, ARGVMENTATIVS DICTA, vis et efficacia tribuitur, §. 197. Nulla cognitio est totaliter sterilis, §. 23. cognitio tamen maioris efficaciae, S. ROBORIS, est FORTIOR, (d) minoris, quae IMBECILLITAS, DEBILIOR (e) (imbellis iners). Repraesentationes debiliores ortae statum animae minus, fortiores magis mutant. §. 208, 214.

* Vnwissenheit. ** Irrthum. *** Weite, Verbreitung, Ausdehnung, Vorrath, Reichthum der Erkentnifs. **** enge Einschränkung, Armuth, Dürftigkeit der Erkentnifs. ***** Gröfse, Werth, Würde, Wichtigkeit. ****** Geringschätzigkeit. (a) genau. (b) grob. (c) ein Gemenge. (d) stärker. (e) schwächer.

§. 516.

PERCEPTIONES cum partiali aliqua partes eiusdem totalis SOCIAE * vocantur, sociarum perceptionum fortissima REGNAT. ** (dominatur in anima.)

* vergesellschaftete Vorstellungen. ** die herrschende.

§. 517

§. 517.

Quo plures notas perceptio complectitur, hoc eſt fortior, §. 23, 515. Hinc obſcura perceptio plures notas comprehendens, quam clara, eſt eadem fortior, confuſa plures notas comprehendens, quam diſtincta, eſt eadem fortior. PERCEPTIONES plures in ſe continentes PRAEGNANTES.* vocantur. Ergo perceptiones praegnantes fortiores ſunt. Hinc ideae habent magnum robur, §. 148. Termini, ſignificatus praegnantis, ſunt EMPHATICI ** (emphaſes). Horum ſcientia EMPHASEOLOGIA eſt. Nominum propriorum non parua vis eſt.

* vielſagende Vorſtellungen. ** ein Nachdruck.

§. 518.

Status animae, in quo perceptiones dominantes obſcurae ſunt, eſt REGNVM TENEBRARVM, * in quo clarae regnant, REGNVM LVCIS ** eſt.

* das Reich der Finſterniſs. ** das Reich des Lichtes in der Seele.

SECTIO II.
FACVLTAS COGNOSCITIVA INFERIOR.

§. 519.

Anima mea cognoſcit quaedam, §. 506.

Ergo habet FACVLTATEM COGNOSCITIVAM * i. e. quaedam cognoscendi, §. 57, 216. (intellectum latius dictum, cf. §. 482.)

* Vermögen zu erkennen.

520.

Anima mea quaedam cognoscit obscure, quaedam confuse cognoscit, §. 510. iam, caeteris paribus, percipiens rem, eamque diuersam ab aliis, plus percipit, quam percipiens rem, sed non distinguens, §. 516. Ergo, caeteris paribus, cognitio clara maior est, quam obscura, §. 515. Hinc obscuritas minor, claritas maior cognitionis gradus est, §. 160, 246. et eandem ob rationem confusio minor s. inferior, distinctio maior s. superior. Vnde FACVLTAS obscure confuseque seu indistincte aliquid cognoscendi COGNOSCITIVA INFERIOR * est. Ergo anima mea habet facultatem cognoscitiuam inferiorem, §. 57, 216.

* das untere Vermögen zu erkennen.

521.

REPRAESENTATIO non distincta SENSITIVA * vocatur. Ergo vis animae meae repraesentat per facultatem inferiorem cognoscitiuam

inferiorem perceptiones ſenſitiuas, §. 520, 513.

* eine ſinnliche Vorſtellung.

§. 522.

Repraeſento mihi quaedam ita, vt aliqui eorum characteres clari ſint, aliqui obſcuri. Eiusmodi perceptio, qua notas claras diſtincta eſt, qua obſcuras ſenſitiua, §. 521. Hinc eſt diſtincta, cui aliquid admixtum eſt confuſionis et obſcuritatis, et ſenſitiua, cui aliquid diſtinctionis ineſt. Haec ex parte ſequiori formatur per facultatem cognoſcitiuam inferiorem, §. 520.

§. 523.

Notae repraeſentationis ſunt vel mediatae, vel immediatae, §. 67, 27 Hae tantum reſpiciuntur in diiudicatione claritatis in aliqua perceptione.

§. 524.

Notae perceptionis ſunt vel ſufficientes vel inſufficientes, §. 21, 67. vel abſolute neceſſariae, §. 106, 107 vel in ſe contingentes, §. 108. vel abſolute immutabiles et conſtantes, §. 132. vel in ſe variabiles ſeu mutabiles, §. 133. quarum priores notae nonnunquam per eminentiam dicuntur ſolae.

§. 525.

Notae repraesentationis sunt vel negatiuae, vel reales, §. 135. Quae priores habet PERCEPTIO, NEGATIVA, quae posteriores, PERCEPTIO POSITIVA ** vocatur. PERCEPTIONES NEGATIVAE vel essent TOTALITER *** tales, quarum singulae notae negatiuae essent, quibus nihil perciperetur, §. 136. vel PARTIALITER **** tales sunt, quarum aliquae notae negatiuae sunt, aut vere, aut apparenter, §. 42.

* verneinende. ** bejahende. *** völlig verneinende. **** zum Theil verneinende Vorstellungen.

§. 526.

Notarum aliae aliis foecundiores sunt et grauiores §. 166. vtrumque sufficientes insufficientibus, §. 169. 524.

§. 527.

FACILE * est, ad quod actuandum paucae vires necessariae sunt, ad quod maiores requiruntur vires, est DIFFICILE. ** Hinc FACILE CERTO SVBIECTO *** est, ad quod actuandum exigua pars virium, quibus illud pollet, necessaria est: CERTO SVBIECTO DIFFICILE, **** ad quod actuandum magna

gna pars virium, quibus ſubſtantia iſta pollet, requiritur. Ergo facilitas et difficultas admittunt gradus, §. 246.

* leicht. ** ſchwehr. *** dieſem oder jenem leicht. **** dieſem oder jenem ſchwehr.

§. 528.

Minime clara eſt perceptio, cuius notae tantum ſufficiunt, ad eandem ab vnico diuerſiſſimo difficillime diſtinguendam. §. 161. A quo pluribus ergo, a quo magis iisdem, quo facilius perceptionem diſtinguere valeo, hoc eſt mihi clarior, §. 160. donec ſit mihi clariſſima, quam ab omnibus, etiam maxime iisdem, facillime valeo diſtinguere, §. 161. Minime obſcura eſt repraeſentatio, cuius notae ad eam ab vnico tantum maxime eodem facillime diſtinguendam non ſufficiunt, §. 161. A quo pluribus ergo, a quo magis diuerſis, quo maiori vi adhibita, perceptio tamen non poteſt diſtingui, hoc maior eſt eius obſcuritas: donec mihi ſit obſcuriſſima, quae a nullis, etiam maxime diuerſis, omni vi mea adhibita diſtingui poteſt, §. 161.

§. 529.

Quod aliis clarius percipio * ATTENDO, quod aliis obſcurius, ABSTRAHO AB EO. ** Ergo habeo facultatem attendendi et abſtrahendi, §. 216, ſed finitas, §. 354, hinc in certo tantum non maximo gradu

gradu vtrasque, §. 248. Quo plus quantitati finitae demitur, hoc minus est residuum. Ergo quo magis attendo vni rei, hoc minus possum attendere aliis: ergo perceptio fortior attentionem admodum occupans obscurat debiliorem, seu facit a debiliori abstrahere, §. 528, 515.

* daran gedencke ich, darauf habe oder gebe ich acht. ** das lasse ich aus der Acht, das werfe ich in Gedanken weg, das verdunkle ich mir, das entziehe ich meinen Gedanken.

§. 530.

PERCEPTIO praeter notas, quas maxime in eius notis attendo, alias etiam minus claras continens est COMPLEXA. * COGITATIONIS COMPLEXAE notarum ille complexus, quem in notis maxime attendo, PERCEPTIO PRIMARIA; ** complexus notarum minus clararum PERCEPTIO (secundaria) ADHAERENS *** dicitur. Hinc perceptio complexa est totum perceptionis primariae et adhaerentis, §. 155.

* eine gehäufte. ** die Haupt. *** Nebenen Vorstellung.

Pone duas cogitationes claras trium notarum, sed sint in vna clarae, quae in altera obscurae sunt, prior erit clarior, §. 528.

528. Ergo claritas perceptionis augetur claritate notarum per dictinctionem, adaequationem e. c. Pone duas cogitationes claras notarum aequaliter clararum, quarum tres sint in vna, sex sint in altera; posterior erit clarior, §. 528. Ergo multitudine notarum augetur claritas, §. 162. CLARITAS claritate notarum maior, INTENSIVE, (*a*) multitudine notarum, EXTENSIVE MAIOR (*b*) dici potest. Extensiue clarior PERCEPTIO est VIVIDA (*c*) Viuiditas COGITATIONVM et ORATIONIS NITOR (*d*) (splendor) est, cuius oppositum est SICCITAS (*e*) (spinosum cogitandi dicendique genus). Vtraque claritas est PERSPICVITAS. (*f*) Hinc perspicuitas vel est viuida, vel intellectualis, vel vtraque. PERCEPTIO, cuius vis se exserit in veritate alterius perceptionis cognoscenda, et VIS EIVS, est PROBANS, (*g*) cuius vis alteram claram reddit, et VIS EIVS, est EXPLICANS (*h*) (declarans), cuius vis alteram viuidam reddit, et VIS EIVS, est ILLVSTRANS (*i*) (pingens), quae alteram distinctam, et VIS EIVS est RESOLVENS (*k*) (euoluens). Conscientia veritatis est CERTITVDO (*l*) (subiectiue spectata cf. §. 93.) Certitudo sensitiua est PERSVASIO, (*m*) intellectualis CONVICTIO. (*n*) Cogitans rem et veritatem eius, caeteris paribus plura

cogitat, quam cogitans rem tantum. Hinc COGITATIO et COGNITIO certa, caeteris paribus, maior est INCERTA, (o) quae non est certa, §. 515. COGNITIO iusto incertior est SVPERFICIARIA, (p) adeo certa, ac requiritur, est SOLIDA. (q) Quo clarior, quo viuidior, quo distinctior, quo certior cognitio est, hoc maior est. PERCEPTIO certitudinem alterius habens pro corollario, et VIS EIVS, est vel PERSVASORIA, (r) vel CONVINCENS. (s) Certa perspicuitas est EVIDENTIA. (t)

(a) ein schärferes, strengeres. (b) ein verbreiteteres Licht. (c) eine lebhafte Vorstellung. (d) das schimmernde der Erkentniss und Rede. (e) das trockne. (f) die Fasslichkeit, Verständlichkeit. (g) die beweist, wahrmacht. (h) die entdekt, anzeigt, woraus erhellt. (i) die erläutert, aufhellt. (k) die aufschliest, auseinander sezt, entwickelt. (l) Gewisheit. (m) Ueberredung. (n) Ueberzeugung, Ueberführung. (o) ungewisse Erkenntniss und Gedanken. (p) seichte, unsichre. (q) sichre, gründliche Kentniss. (r) von überredender. (s) von überzeugender Kraft und Wirksamkeit. (t) das völlig ausgemachte.

§. 532.

Tam intensiue, quam extensiue clarior possunt esse sensitiuae, 522, 531. et tunc viui-

viuidior est perfectior, quam minus viuida, §. 531, 185. Potest viuidior intensiue clariore ipsaque distincta perceptione fortior esse, §. 517, 531.

SECTIO III.

SENSVS.

§. 534.

Scientia sensitiue cognoscendi et proponendi est AESTHETICA,* (logica facultatis cognoscitiuae inferioris, Philosophia gratiarum et musarum, gnoseologia inferior, ars pulcre cogitandi, ars analogi rationis.)

* die Wissenschaft des Schönen.

Cogito statum meum praesentem. Ergo repraesento statum meum praesentem, i. e. SENTIO * Repraesentationes status mei praesentis seu SENSATIONES ** (apparitiones) sunt repraesentationes status mundi praesentis, §. 369. Ergo sensatio mea actuatur, per vim animae repraesentatiuam pro positu corporis mei, §. 513.

* ich empfinde. ** Empfindungen.

Habeo facultatem sentiendi, §. 534. 216. 1. i.e. SENSVM. SENSVS repraesentat vel statum animae meae INTERNVS, vel statum corporis mei EXTERNVS §. 508. Hinc SENSATIO est vel INTERNA per sensum internum (conscientia strictius dicta,) vel EXTERNA sensu externo actuata, §. 534.

§. 536.

Partes corporis, quarum conuenienti motui sensatio externa coexistit sunt AESTHETERIA (organa sensuum). Per ea habeo facultatem sentiendi 1) quodnis corpus contingens meum TACTVM, 2) lucem VISVM, 3) sonum AVDITVM, 4) effluuia corporum in naturam adtendentia OLFACTVM, 5) resoluta per internas oris partes salia, GVSTVM.

Werkzeuge der Sinnen. * Gefül. ** Gesicht. *** Gehör. **** Geruch. ***** Geschmack.

§. 537.

Quo magis mouetur conuenienter organon sensuum, hoc fortior, hoc clarior est sensio (sensatio).

ſenſatio, quo minus, hoc debilior, hoc obſcurior eſt ſenſatio externa, 513, 512. Locus, in quo conſtituta tam conuenienter adhuc mouere organon ſenſus poſſunt, vt clare ſentiantur, eſt SPHAERA SENSATIONIS. * In ſphaera ſenſationis locus conuenientiſſimus PVNCTVM SENSATIONIS eſt. **

* eines jeden Empfindungs-Kreiſs. ** eines ieden Empfindungs-Punct.

§. 538.

Quo minora, quo remotiora à puncto ſenſationis ſunt ſentienda, hoc obſcurior, hoc debilior eſt ipſorum ſenſatio, quae hoc eſt fortior, hoc clarior, quo propiora puncto ſenſationis ſunt, quo maiora ſentienda, §. 537, 288.

§. 539.

Senſus minimus eſſet, qui vnicum maximum proxime conuenientiſſimeque praeſens in minimo gradu veritatis, lucis, et certitudinis repraeſentaret, §. 531, 538. Hinc quo plura, quo minora, quo remotiora, quo minus conuenienter mouentia organon, quo verius, clarius, certius repraeſentat, hoc maior eſt §. 219, 535.

SENSVS maior ACVTVS, * minor HEBES ** dicitur. Quo aptiora ad mo-

tum conuenientem organa ſenſuum aut ſunt, aut redduntur, hoc aut eſt acutior, aut magis acuitur ſenſus externus. Quo ineptiora aut ſunt, aut redduntur organa ſenſoria, hoc hebetior aut eſt, aut magis hebeſcit ſenſus externus, §. 537, 539.

* ſcharfe. ** ſtumpfe Sinnen.

§. 541.

Lex ſenſationis eſt: *Vt ſibi ſuccedunt ſtatus mundi et ſtatus mei, ſic ſequantur ſe inuicem repraeſentationes eorum praeſentium*, §. 534. Hinc regula ſenſationis internae: *Vt ſibi ſuccedunt ſtatus animae meae, ſic ſe ſequantur inuicem repraeſentationes eorundem praeſentium*; et regula ſenſationis externae: *Vt ſibi ſuccedunt ſtatus corporis mei, ſic ſe ſequantur inuicem repraeſentationes eorundem praeſentium.*

§. 545.

Senſationum magnum prae aliis ſingulis perceptionibus robur eſt, §. 512, 517. Hinc ſenſationes alias ſingulas obſcurant, §. 529. Poſſunt tamen aliae plures ſimul ſumtae fortiores fieri vna vel altera, praeſertim debiliore, ſenſatione, eamque viciſſim obſcurare, multo magis vna ſenſatio poteſt obſcurari per alteram fortiorem,

ant

aut plures alias singulas debiliores, simul sumtas tamen fortiores, §. 529, 517.

§. 543.

Facilior fit sensatio externa 1) organi bene praeparati, § 536. 2) sphaerae sensationis, immo, 3) quantum fieri potest, puncto, §. 537. 4) corpus ad excitandum modo conuenienti motum in organo aptius et qualitate, 536, et 5) quantitate, §. 538. si admoueatur, 6) non sensationes solum fortiores heterogeneae, sed et 7) debiliores non nihil quidem singulae, at plures, immo 8) perceptiones etiam aliae admodum heterogeneae si impediantur. §. 542. Impeditur sensatio externa 1) organon sensorium impediendo, ne modo conuenienti moueatur, 2) saltim praestando, vt minus moueatur, §. 537, 3) sensibile remouendo, 4) imminuendo 5) prorsus impediendo, ne praesens fiat, 6) sensationem fortiorem excitando, 7) per plures sensationes aut 8) plures perceptiones alias ita dispertiendo attentionem, vt, singulae licet debiliores, tamen simul sumtae obscurent sensationem impediendam, §. 542, 221.

§. 544.

Quum sensus singularia huius mundi, hinc omnimode determinata, repraesentent,

tent, §. 535, 148. vt talia, hinc in vniuersali nexu, §. 357, nexus autem, praesertim relatiui, repraesentari nequeant sine connexorum vtroque, §. 14, 37. in omni sensatione connexa cum sensu, s. eo, quod sentitur, singula repraesentantur, at non clare, hinc obscure maximam partem plerumque. Ergo in omni sensatione est aliquid obscuri, hinc in sensatione etiam distincta semper aliquid admixtum est confusionis. Vnde omnis sensatio est sensitiua perceptio formanda per facultatem cognoscitiuam inferiorem, §. 522. Quumque EXPERIENTIA * sit cognitio sensu clara, AESTHETICA comparandae et proponendae experientiae est EMPIRICA.

* Erfahrung.

FALLACIAE SENSVVM * sunt repraesentationes, falsae a sensibus dependentes, eaeque vel sensationes ipsae, vel ratiocinia, quorum praemissa est sensatio, vel perceptiones pro sensationibus per vitium subreptionis habitae, §. 30, 35.

* Betrug der Sinne.

§. 546.

Sensationes ipsae quum repraesentent statum corporis, vel animae, vel vtriusque

que praesentem, §. 535. tam internae, quam externae percipiunt actualia, §. 205, 298. hinc et possibilia, §. 57. et quidem huius mundi, §. 377, sunt ergo verissimae totius mundi, §. 184, nec vlla earum est fallacia sensuum, §. 545. Quodsi ergo fallacia sensuum sit ratiocinium, vitium eius aut latet in forma, aut in altera praemissa: si sit alius generis perceptio per vitium subreptionis pro sensatione habita, duplex error est per praecipitantiam iudicantis ortus facile tamen reducendus ad casum secundum, §. 545.

§. 547.

PRAESTIGIAE * sunt artificia fallendorum sensuum, si oriuntur ex iis fallaciae sensuum sunt EFFICACES, ** si minus, sunt INEFFICACES. *** Quo quis ergo pluribus praeiudiciis cum sensationibus terminum communem habentibus laborat, quo minus sibi cauet a vitio subreptionis: hoc plures apud ipsum praestigiae possunt esse efficaces, §. 545. Apud liberum a praeiudiciis et vitiis subreptionis omnibus omnes praestigiae inefficaces forent. §. 546.

* Blendwerk der Sinne. ** kräftig. *** unkräftig.

§. 548.

Propositiones: *Quicquid non* experior seu *clare sentio*, §. 544. *non existit*, S. PRAEIVDICIVM THOMISTICVM, * aut, *est impossibile: quicquid repraesentationi alteri* (partialiter) *idem est, est ipsa illa perceptio: quae coexsistunt, vel succedunt sibi inuicem, eorum vnum in alterum realiter influit, s. sophisma: post hoc, ergo propter hoc*, sunt aptae fallaciis sensuum propositiones maiores, §. 546, hinc et praestigiis efficacibus, §. 547.

* das Vorurtheil des Thomas.

§. 549.

Quam ob caussam debiliorem obscurat fortior perceptio diuersa, §. 529, ob eandem debiliores diuersae fortiorem illustrant. §. 531. Hinc debiliori alicuius obiecti perceptioni succedens clara fortior diuersa, eo ipso, quod noua est, in campo clararum perceptionum, magis appercipitur. §. 529. Ergo clara sensatio fortior succedens diuersae debiliori per ipsam nouitatem illustratur, §. 542, 534. Hinc opposita debiliora rem illustrant, §. 81, 531. *Oppositа iuxta se posita magis elucescunt.*

§. 550.

§. 550.

Si ſenſatio, quantum obſeruatur, prorſus eadem contineatur in pluribus perceptionibus totalibus immediate ſe excipientibus, in prima habet lucem nouitatis, §. 549. Haec ipſi deeſt in ſequenti ex parte, magis in tertia, et ſic porro. Hinc, niſi aliunde illuſtretur, minus clara fiet in ſecunda perceptione totali, adhuc minus clara in tertia, ſemper ſuccedens tali, quae eam magis obſcuret, §. 529. Ergo ſenſationes diu, quantum obſeruari poteſt, eaedem, obſcurantur ipſo tempore. §. 539.

§. 551.

Senſationes in aequali robore non durant, §. 550. Ergo ſi fuerunt, quae eſſe poſſunt, fortiſſimae, remittuntur, §. 247.

§. 552.

VIGILO,* dum externe clare ſentio, dum ſic ſentire incipio, EVIGILO.** Si conſuetum in ſano ſenſationes ſingulae claritatis gradum habent, SVI COMPOS*** vocatur. Si quaedam ex iis apud aliquem tam viuidae fiant, vt notabiliter obſcurent reliquas, EXTRA SE RAPITVR,**** (ſui obliuiſcitur, non eſt apud ſe). Status ſenſationibus internis extra ſe rapti eſt

ECSTASIS, ***** (visio, mota mens, mentis excessus.)

* ich wache. ** ich erwache. *** so sagt man er sey bey sich selbst, seiner mächtig. **** so kommt er von sich, so wird er ausser sich gesezt. ***** eine Entzückung.

§. 553.

Ecstasis animae naturalis erit per naturam ipsius actuata, §. 552, 470. per ipsius naturam non actuata, praeternaturalis animae erit, §. 474, quae si per naturam vniuersam non actuetur, supernaturalis erit, §. 474. Ecstases miraculosae sunt possibiles, §. 475, 552. etiam hypothetice, §. 482-500.

§. 554.

Si claritatis gradus in sensationibus vigilantis notabiliter remittitur ob vapores in cerebrum adscendentes ex potu, INEBRIATVR seu fit EBRIVS: * si ex morbo fiat idem, status ille VERTIGO ** dicitur, vel simplex, vel tenebrosa, seu scotomia.

* trunken. ** Schwindel.

§. 555.

Si clarae sensationes externae, cessant, vel motus corporis vitales, quantum obseruantur, fere iidem manent, et DORMITO, (obdormio,) vel hi etiam notabilius remittuntur, et DELIQVIVM ANIMI PATIOR.

* einschlafen. ** in Ohnmacht fallen.

§. 556.

Status obscurarum sensationum externarum, in quo motus corporis vitales, quantum obseruantur, fere idem manent, qui sunt in statu vigiliarum, SOMNVS est. in eoque constitutus, DORMIT. in quo et in notabilius remittuntur, est DELIQVIVM ANIMI, (syncope, lipothymia, lipopsychia, ecthlipsis.) in quo prorsus cessabunt, MORS **** erit. Ergo somnus, syncope, et mors sunt sibi admodum similes, §. 265.

* Schlaf, ** schlafen. *** Ohnmacht. **** Todt.

SECTIO IIII.

PHANTASIAE.

§. 557.

Conscius sum status mei, hinc status mundi praeteriti, §. 369. Repraesentatio status mundi praeteriti, hinc status mei praeteriti, §. 369. est PHANTASMA (imaginatio, visum, visio.) Ergo phantasmata

tasmata formo, seu imaginor, idque per vim animae repraesentatiuam vniuersi pro positu corporis mei, §. 513.

eine Einbildung.

§. 558.

Habeo facultatem imaginandi seu PHANTASIAN, §. 557, 216. Quumque imaginationes meae sint perceptiones rerum, quae olim praesentes fuerunt, §. 557, 298 sunt sensorum, dum imaginor, absentium, §. 223.

§. 559.

PRODVCITVR (euoluitur) PERCEPTIO, quae fit in anima minus obscura, quae fit obscurior, INVOLVITVR, quae inuoluta olim producitur, REPRODVCITVR.* (recurrit.) Jam imaginationibus producuntur sensa, §. 558, hinc olim producta, §. 542, post inuoluta, §. 551. Ergo phantasia perceptiones reproducuntur, et nihil est in phantasia, quod non ante fuerit in sensu, §. 558, 534.

* eine Vorstellung wird hervorgebracht. ** verdunckelt. *** wieder hervorgebracht, erneuert.

§. 560.

Motus cerebri, coexsistentes animae repraesentationibus successiuis, IDEAE MA-

MATERIALES vocantur. Hinc ideae materiales sunt in corpore sentientis vel imaginantis animae, §. 508.

§. 561.

Imaginatio et sensatio sunt singularium, §. 559, 534. hinc in vniuersali nexu constitutorum, §. 257. Vnde lex imaginationis: *percepta idea partiali recurrit eius totalis*, §. 306, 514. Haec propositio etiam *associatio idearum* dicitur.

§. 562.

Quum repraesentem, hinc et imaginer, §. 557, pro positu corporis mei, §. 512. ea vero, quae externe sentio, propiora sint corpori, quam quae imaginor, §. 535, 558; patet, cur his illa possint clariora et fortiora esse, §. 538. Immo dum sensationes imaginationibus coexsistentes eas adhuc obscurant, §. 542, nihil tam clare imaginor, quam sensi, ita tamen, vt gradus claritatis in imaginatione a gradu claritatis in sensatione dependeant, §. 561.

§. 563.

Quae saepius sensi, saepius reproduxi, sunt partes plurium idearum totalium, quam quae rarius, §. 514. Ergo illorum, phantasmata in maiori nexu, §. 561, cum pluribus notis adhaerentibus percipiuntur, quam

quam horum, §. 530, hinc his sunt extensiue clariora, seu magis viuida, §. 531. Quae rarius sensi, rarius reproduxi, ob rationem oppositorum oppositam, §. 81. si sentiuntur, habent maiorem nouitatis lucem, quam quae saepius, §. 549. Ergo sensationes rarius sensorum et reproductorum sunt, caeteris paribus, magis viuidae, quam saepius sensorum et reproductorum, §. 531.

§. 564.

Sicut sensatio imaginationes obscurat, sic ob eandem rationem imaginatio recentioris fortior obscurat antiquioris imaginationem debiliorem, §. 562. hinc aeque clare sensorum, nisi aliunde impediar, recentius clarius imaginor.

§. 565.

Phantasia minima esset, quae vnicum fortissime sensum, §. 562. saepissime reproductum, §. 563, et recentissime, §. 564. cum maxime debilibus et antecedentibus et sociis perceptionibus heterogeneis, §. 529. tamen obscurissime repraesentaret. Ergo quo plura, quo debilius sensa, quo rarius reproducta, post quo longius tempus, quo fortioribus cum perceptionibus sociis et antecedentibus, quo verius, clarius, certius reproducere potest, hoc maior est, §. 219.

§. 566.

§. 566.

Quo hebetior, aut acutior est sensus, a quo sensam rem imaginor, hoc obscurior, aut clarior esse potest eius rei imaginatio, §. 562, 540.

§. 567.

Imaginationes a sensationibus distinguo 1) gradu claritatis, §. 562. 2) status, quem sistunt, praeteriti et praesentis, quem sensationes sistunt, impossibili coexsistentia, §. 298. Hinc si imaginationes fortiores et debiliores sensationes sint, quantum obseruatur, claritate aequales, tamen restat discrimen alterum, circumstantiarum diuersitas, §. 323. Ex quibus vbi patet ambas perceptiones non esse sensationes, illam, pro sensatione habeo, in qua maximam compossibilitatem et nexum cum sensationibus sociis, imaginationibus, praesertim proxime praeuiis et futurorum, praesertim instantium, perceptionibus clarè percipio, §. 544. Ergo alteram non esse sensationem clare cognosco. §. 38, 67.

§. 568.

Facilior fit imaginatio, §. 527. 1) si imaginandum clarius sensum est, §. 562, 2) saepius reproductum, §. 563. 3) per intervalla debiliorum repraesentationum, vt

ſemper habuerit lucem nouitatis, §. 549. 4) non ita pridem, §. 564. 5) debiliores ſequatur, et 6) comitetur perceptiones heterogeneas, §. 516, 549. hinc aut nullas, aut non admodum claras ſenſationes heterogeneas, §. 562, 7) ſequatur autem aut comitetur repraeſentationes, quae ſociae imaginandi ſaepius fuerunt. §. 561.

§. 569.

Impeditur imaginatio 1) impediendo parum aut prorſus non imaginandi ſenſationem, ſecundum, §. 543. et 2) reproductionem, praeſertim 3) interruptam debilioribus perceptionibus, quia ipſa continuatio non interrupta obſcurat, §. 550. 4) ipſa reproductionis mora, dum interim multa viuidius cogitantur, §. 564. 5) ſi fortiores perceptiones ſequatur, aut 6) comitetur heterogeneas, hinc tales ſenſationes, aut imaginationes, aut perceptiones, vel ſingulas, vel ſimul ſumtas, §. 542; quaeque 7) parum, aut prorſus non imaginando nunquam aut rarius ſociae fuerunt, §. 561, 221.

§. 570.

Quum in omni ſenſatione ſit aliquid obſcuri, §. 544, et imaginatio ſemper ſit ſenſatione eiusdem minus clara, §. 562. imaginationi etiam diſtinctae multum inerit con-

confusionis, et omnis imaginatio est sensitiua, §. 522, formanda per facultatem cognoscitiuam inferiorem, §. 520. Scientia imaginando cogitandi et ita cogitata proponendi est AESTHETICA PHANTASIAE.

§. 571.

Phantasia si repraesentet totaliter eadem, quae sensi, imaginationes verae sunt, §. 546, 38. nec VANA PHANTASMATA * seu imaginationes falsae, licet non aequali totaliter claritate percipiantur, §. 558, 562. Habitus vana phantasmata formandi est PHANTASIA ERRAENS, ** SVBACTA *** contra, habitus vere imaginandi.

* leere Einbildungen. ** eine ausschweifende.
*** eine wohlgeordnete Einbildungskraft.

SECTIO VI.

PERSPICACIA.

§. 572.

Identitates diuersitatesque rerum percipio. Ergo habeo facultatem identitates diuersitatesque rerum percipiendi, §. 216. Prior facultas esset minima, si ad duorum tantum fortissime perceptorum, maxime eorundem, vnicam minimam identitatem, inter maxime debiles socias et antecedentes perceptiones heterogeneas, debilissime repraesentandas

das ſufficeret. Ergo quo plurium, quo minus notorum, quo magis diuerſorum, quo plures, quo mai res identitates, hinc congruentias, aequalitates, ergo et aequalitates rationum ſ. PROPORTIONES, * ſimilitudines, quo fortiores inter ſocias et antecedentes perceptiones hetereogeneas, quo clarius percipit, hoc maior est, §. 219. Habitus identitates rerum obſeruandi est INGENIVM STRICTIVS DICTVM. ** Facultas diuerſitates rerum percipiendi minima eſſet, quae duorum tantum, fortiſſime perceptorum, maxime diuerſorum, vnicam minimam diuerſitatem, inter maxime debiles antecedentes et ſocias perceptiones hetereogeneas, remiſſiſſime perciperet. Ergo quo plurium, quo minus notorum, quo magis eorundem, quo plures, quo maiores diuerſitates, hinc diſcongruentias, inaequalitates, ergo et inaequalitates rationum ſ. DISPROPORTIONES * diſſimilitudines, quo fortiores inter antecedente et ſocias hetereogeneas perceptiones, quo fortius repraeſentat, hoc maior eſt, §. 219. Habitus diuerſitates rerum obſeruandi ACVMEN ** eſt. Acutum ingenium eſt PERSPICACIA. ***

* Vngleichheit der Verhältniſſe. ** Scharfſinnigkeit. *** eine artige oder feine Einſicht.

§. 574.

Facultatis identitates rerum perſpiciendi, hinc ingenii, §. 572, haec eſt lex: *Repraeſentata nota rae A, vt nota rae B, repraeſentantur A et B, vt eadem*, §. 38. Facultatis diuerſitates rerum percipiendi, hinc acuminis, §. 573, haec eſt lex: *Repraeſentata nota rae A, vt repugnante rae B, A & B percipiuntur, vt diuerſa*, §. 38.

§. 575.

Identitates diuerſitatesque rerum vel diſtincte percipio, vel ſenſitiue, §. 521. Hinc facultates identitates, diuerſitatesque percipiendi, adeoque ingenium, acumen, et perſpicacia, §. 572. 573. vel ſenſitiua ſunt, vel intellectualia, §. 402. AESTHETICA PERSPICACIAE eſt aeſthetices pars de ingenioſe et acute cogitando et proponendo.

§. 576.

Quum omnia in hoc mundo ſint partim eadem, partim diuerſa, §. 265, 269. repraeſentationes identitatum diuerſitatumque in iisdem, hinc et INGENII (foetus) LVSVS, * i. e. cogitationes ab ingenio dependentes, et SVBTILITATES, ** cogitationes ab acumine dependentes, actuantur per vim animae repraeſentatiuam vniuerſi

uersi. §. 513. Lusus INGENII falsi eius ILLVSIONES, *** et falsae subtilitates INANES ARGVTATIONES **** vocantur.

* Spiele des Witzes. ** Scharfsinnige Gedancken. *** Betrug des Witzes. **** Spitzfindigkeiten, leere Grübeleien.

§. 577.

Facultatum animae maiores gradus quum sint habitus, §. 219, et crebra repetitio actionum homogenearum, seu qua differentiam specificam similium, sit EXERCITIVM: * exercitio augentur animae habitus, §. 162. HABITVS animae non dependentes ab exercitio, naturales tamen, CONNATI ** (dispositiones naturales:) dependentes ab exercitio, ACQVISITI, *** supernaturales, INFVSI, **** facultatum cognoscitiuarum habitus, THEORETICI vocantur.

* Uebung. ** angebohrne. *** erworbene. **** göttliche Fertigkeiten der Seele.

§. 578.

Acumen et ingenium strictius sumtum, hinc perspicacia, §. 572, 573. sunt habitus theoretici, §. 577, 519. quo maiores sunt connati, hoc facilius augentur exercitio, §. 577, 527. Idem valet de habitu sentiendi et imaginandi, §. 535, 558. In quo notabilior ingenii defectus, STVPIDVM (pingue

(pingue ingenium), acuminis, OBTVSVM SAPIENTIS est. In quo notabilior vtriusque defectus, est HOMO BLITEVS. *** Omnis error, quum fallum cum vero pro eodem habeat, §. 515, est illusio facultatis identitates rerum percipiendi, §. 576, 572. acumine impediendus, §. 573, 221. Hinc errores sunt occasio subtilitatum, §. 576, 323.

* ein dummer. ** ein stumpfer Kopf. *** ein abgeschmackter Mensch.

SECTIO VI.

MEMORIA.

§. 579.

Reproductam repraesentationem percipio eandem, quam olim produxeram, §. 572, 559. i. e RECOGNOSCO * (recordor). Ergo habeo facultatem reproducendi perceptiones recognoscendi seu MEMORIAM, §. 216. eamque vel sensitiuam, vel intellectualem, §. 575.

* ich erkenne etwas wieder. ** Gedächtnis.

§. 580.

Lex memoriae est: *Repraesentatis pluribus perceptionibus successiuis, vsque ad praesentem, partialem communem habentibus, partialis communis repraesentatur, vt contenta in antecedente et sequente*, §. 572. adeoque memo-

memoria actuatur per vim animae repraesentatiuam vniuersi, 557, 576.

§. 581.

Quae ita percipiuntur, vt facilius olim recognosci possint, MEMORIAE MANDO. * Hinc quae saepius clariusque reproducuntur secundum §§. 537, 538, 549, 568. attendendo ad identitates, diuersitatesque singularum perceptionum, §. 580, valde memoriae mandantur, §. 527.

§. 582.

Si perceptio recurrit, eam aut valeo clare recognoscere, tunc obiectum eius MEMORIA TENERE* dicor, aut non possum §. 10, et obiecti illius OBLITUS SUM.** Hinc impotentia reproductam perceptionem recognoscendi est OBLIVIO. Per quod memini, cuius oblitus eram, id mihi ALIQUID IN MEMORIAM REVOCAT*** Per ideas sociales mihi aliquid in memoriam reuoco i. e. REMINISCOR.**** Ergo habeo facultatem reminiscendi seu REMINISCENTIAM.***** §. 216.

* etwas noch im Gedächtnis.
** vergessen haben.
*** Vergessenheit.
**** das Andencken von etwas erneuern.
***** ich entsinne mich. das Vermögen sich worauf wieder zu besinnen.

§. 583.

§. 583.

Reminiſcentia eſt memoria, §. 582, 579. hanc regulam ſequens: *reproductae mediantibus ideis ſociis perceptionis memini*, §. 580, 516. Reminiſcentia per ideas loci ſocias recordata eſt MEMORIA LOCALIS, * per ideas aetatis ſocias, eſt SYNCHRONISMVS. **

* das Andencken des Ortes. ** die Erinnerung des Gleiechzeitigen.

§. 584.

Memoria minima eſſet, quae vnicum minimum intentiſſime, ſaepiſſime, recentiſſime reproductum, maxime debiles inter perceptiones antecedentes et ſocias heterogeneas remiſſiſſime recognoſceret. Quo ergo plura, quo maiora, quo remiſſius, quo rarius reproducta, poſt quo longius tempus heterogeneis fortiſſimis perceptionibus transactum, §. 564, quo fortiores inter antecedentes et ſocias perceptiones heterogeneas, quo intentius recognoſcit, hoc maior eſt, §. 219.

§. 585.

Memoria maior BONA et FELIX * dicitur, et quatenus plura et magna recognoſcere poteſt, DIFFVSA ** (diues, vaſta) quatenus remiſſius etiam reproductum, inter ſat fortes repraeſentationes ſocias et antecedentes heterogeneas, FIRMA, *** quatenus

tenus recognoſcere poteſt, poſt longius temporis interuallum ſatis fortibus perceptionibus heterogeneis occupatum, TENAX, (*a*) quatenus rarius reproductum, CAPAX, (*b*) quatenus intentius quaedam recognoſcere valet, VEGETA, (*c*) quatenus parum opus eſt, vt reminiſcatur, PROMTA. (*d*) dicitur.

* ein gutes und glückliches. ** weitläuftiges
*** veſtes und zuverläſsiges. (*a*) dauerhaftes
(*b*) fähiges. (*c*) friſches. (*d*) fertiges Gedächtnis.

§. 586.

Inſignis bonae memoriae defectus eſt OBLIVIOSITAS. * Error ex memoria dependens LAPSVS MEMORIAE ** dicitur. Iam memoria poteſt perceptionem antecedentem in eo gradu eandem ſiſtere cum ſequente, in quo tamen non eſt eadem. Ergo memoria eſt LABILIS, i. e. cui lapſus ſunt poſſibiles. Memoria non admodum labilis eſt FIDA. *** Ingenioſis non eſt admodum fida memoria, §. 576, ſed acumine augetur eius fidelitas, §. 573.

* Vergeslichkeit. ** ein Irrthum des Gedächtniſſes. *** treu.

§. 587.

Complexus regularum perficiendae memoriae eſt ARS MNEMONICA. Mnemonica

227

phantasmatis partem, minimam, leuissime praescindere, §. 530, 389. Ergo quo plura, quo maiora, quo minus fortia combinabit, quo plures, quo maiores, quo pluriumque phantasmatum partes, quo magis praescinder, quo magis vtrumque facit, quoque fortius, hoc maior est §. 219, 590. Maior facultas fingendi FERTILIS * (foecunda), ad chimaeras proclivis, EXORBITANS ** extravagans, rhapsodica, ab his cauens ARCHITECTONICA dici potest. AESTHETICA MYTHICA est aesthetices pars de fictionibus excogitandis, et proponendis.

* eine fruchtbare. ** unbändige. *** wohl geordnete Gabe zu dichten.

§. 593.

Dormiens si clare imaginor, SOMNIO. † Imaginationes somniantis sunt SOMNIA SUBIECTIVE SUMTA cf. §. 91. vel vera, §. 571, vel fallacia §. 588, 591, vel per naturam animae actuata, eiusdem §§. 561, 574, 580, 583, 590. naturalia §. 476. vel non naturalia, animae, quae sunt ipsi praeternaturalia. Haec si per naturam vniuersam non actuantur, erunt supernaturalia §. 474.

† Ob träumen. ** ein Traum in der Seele.

§. 594.

Dormientis phantasia magis effraenis, §. 571, et facultas fingendi exorbitantior, quam vigilantis, §. 592. non obscuratas fortioribus sensationibus vividiores imaginationes et fictiones producunt, §. 549. Quorum somnia comitari solent obseruabiliores motus corporis externi sensationum similium in vigilantibus comites, sunt NOCTAMBVLI. Qui vero vigilantes quasdam imaginationes pro sensationibus habere solent, PHANTASTAE (visionarii fanatici) qui eas prorsus cum sensationibus confundunt, sunt DELIRI. Vt adeo DELIRIVM sit status vigilantis imaginationes pro sensationibus, sensationes pro imaginationibus habitualiter habentis.

* Nachtwandler. ** verrückte Leute.

SECTIO VIII.

PRAEVISIO.

§. 595.

Conscius sum status mei, hinc status mundi futuri, §. 369. Repraesentatio status mundi, hinc status mei, futuri, est PRAEVISIO. Praeuideo, hinc habeo facultatem praeuidendi, §. 216, actuandam per

per vim animae repraesentatiuam vniuersi pro positu corporis mei, §. 513.

die Vorhersehung, das Vorhersehen, voraus-bemercken.

§. 596.

Lex praeuisionis est: *Percepta sensatione et imaginatione communem partialem perceptionem habentibus, prodit perceptio totalis futuri status, in quo partes sensationis imaginationisque diuersae coniungentur:* i. e. *Ex praesenti impraegnato per praeteritum nascitur futurum.*

Quum repraesentem, hinc et praeuideam, §. 595, pro positu corporis mei, §. 512. ea vero, quae externe sentio, propiora sint corpori, quam quae praeuideo, olim demum sensurus, §. 535, 595. patet, cur his illa possint clariora et fortiora esse §. 529. Quia hinc sensationes praeuisionibus coexistentes eas adhuc obscurant, §. 542. nihil tam clare praeuideo, quam sensurus sum, sed ita tamen, vt gradus claritatis in praeuisione a gradu claritatis in futura sensatione dependeat, §. 596.

§. 598.

Quae saepius sensi, saepius imaginatus sum, clarius praeuideo, quam quae rarius

rius, §. 563, 596. Imaginationes iam sen-
sa, id est fortissime percepta sistunt, §. 542,
558. Hinc fortiores etiam hae praeuisio-
nibus nondum fortissime percepta sisten-
tibus, §. 594, eas vna cum sensationibus
gnauiter obscurant, §. 529. Quumque
praeuisio propius instantis possit esse cla-
rior praeuisione remotius instantis, §. 597,
obscurabit in eo casu etiam praeuisio pro-
pioris praeuisionem remotioris, remotio-
risque obscuritas propioris illustrabit prae-
uisionem, §. 549. Ergo aeque clare sen-
tiendorum propius instans clarius praeui-
deo, quam remotius, §. 549.

§. 599.

Facultas praeuidendi minima esset, quae
vnicum fortissime proximeque sentiendum, §.
567, 598. Fortissime sensum et imaginando re-
productum, maxime debiles, inter perceptiones
socias et praeuias heterogeneas, tamen remis-
sissime repraesentaret, §. 595. Ergo quo remis-
sius sentienda, quo magis remota, quo rarius
sensa, aut imaginando reproducta, quo for-
tiores inter perceptiones praeuias et socias, quo
fortius repraesentat, hoc maior est praeuiden-
di facultas, §. 219.

§. 600.

Quo hebetior aut acutior sensus, a quo
ex parte iam sensum praeuideo, quo mi-
nor

nor aut maior praeuisuri phantasia, §. 565, hoc obscurior aut clarior erit praeuisio, §. 596.

§. 601.

Praeuisiones a sensationibus imaginatio nibusque distinguo 1) gradu claritatis, quo et sensationibus et imaginationibus cedunt, §. 597, 598. 2) impossibili coexistentia cum statibus praeteritis et praesente. Quod si praeuisio fortior et imaginatio aut etiam sensatio debilior sint claritatis, quantum obseruatur, aequalis, tamen charactere secundo, distingui possunt, §. 67. Ex circumstantiis enim si cognosco quae non sint sensationes secundum §. 567, eam nec imaginationem esse clare cognosco, §. 38, 67. quae cum imaginationibus sociis, praeuiis et sequentibus, etiam sensationibus inconnexa deprehenditur, §. 557, 357. quaeque simul sentiri non potuerit, §. 377.

§. 602.

Facilitatur praeuisio, §. 527. si praeuidendum 1) clarius sentiendum est §. 597. 2) magna ex parte iam sensum 3) et reproductum, est imaginando, §. 598. 4) praeuisum iam saepius, §. 563. idque 5) per interualla debiliorum perceptionum, vt semper habuerit lucem nouitatis, §. 549. 6) non ita multo post sentiendum, §. 598.

7) debiliores praeuias et socias perceptiones habeat heterogeneas, hinc tales aut nullas, aut non admodum claras sensationes et imaginationes, §. 697, 598. 8) at fortiores sequatur et comitetur tam imaginationes, quam sensationes, quae cum praeuidendo partiales perceptiones communes habent, §. 596, 597.

§. 603.

Impeditur praeuisio, si 1) impediatur praeuidendi futura sensatio secundum, §. 543, 2) sensatio magna ex parte cum praeuidendo eorundem praesens, 3) eorundem imaginatio secundum §. 569, 4) praeuisiones impediantur primae, praesertim 5) interuptae debilioribus perceptionibus, quia eas ipsa continuatio obscurat, §. 550. 6) procrastinetur praeuidendum, §. 598. 7) fortiores praeuias et socias habeat heterogeneas imaginationes sensationesque, 8) at tales debiliores, quae cum praeuidendo perceptionem communem habent, §. 602, 221.

§. 604.

Quum in omni sensatione, §. 544. et imaginatione sit aliquid obscuri, §. 570. et praeuisio sit minus clara, quam eiusdem sensatio et imaginatio, §. 597, 598. praeuisioni etiam distinctae multum admixtum

mixtum est confusionis et obscuritatis, et omnis mea praeuisio est sensitiua, §. 522. actuanda per facultatem cognoscitiuam inferiorem, §. 520. cuius cognitionem et propositionem dirigens mantica, §. 350, est pars aesthetices, §. 533 §. 605.

Si praeuideantur totaliter eadem cum sentiendis, praeuisiones sunt veraces seu PRAESENSIONES, * licet non eodem modo, aequali cum sensationibus claritate, percipiantur, §. 597. Si sentiatur praesensum, IMPLETVR PRAEVISIO. ** Praeuisio non implenda, FALLAX *** est, fons errorum practicorum, §. 578.

* Vorherempfindungen. ** das vorherbemerckte trift ein, die Vorhersehung wird erfüllt. *** das betrügliche Vorhersehn.

SECTIO VIIII.

IVDICIVM.

Perfectionem imperfectionemque rerum percipio, DIVIDICO. Ergo habeo facultatem diiudicandi, §. 210. Haec minima esset vnici minimi fortissime percepti vnicam minimam perfectionem imperfectionemque, maxime debiles inter perceptiones heterogeneas

geneas praeuias et socias, remississime repraesentans. Quo ergo plurium, quo maiorum, quo remissius etiam perceptorum, quo plures, quo maiores perfectiones imperfectionesue, quo forriores inter socias et preuias hereroge-neas perceptiones, quo fortius facultas diiudicandi repraesentat, hoc maior est, §. 219. Habitus res diiudicandi est IVDICIVM, ** id-que de praeuisis, PRACTICVM, de aliis THEORETICVM vocatur, et quatenus obscurius etiam perceptorum plures tamen perfectiones imperfectionesue detegit, est PENETRANS. ***

* ich beurtheile. ** das Vermögen zu beurtheilen. *** durchdringend.

§. 60.

Lex facultatis diiudicandi est: *percepti rei variis aut consentientibus, aut dissentientibus, eius aut perfectio, aut imperfectio percipitur* §. 94, 121. Quod quum fiat vel distincte, vel indistincte: facultas diiudicandi, hinc et iudicium, §. 606. erunt vel sensitiua, vel intellectualia, §. 402, 521. Iudicium sensitiuum est GVSTVS SIGNIFICATV LATIORI * (sapor, palatum, nasus). CRITICA LATISSIME DICTA est ars diiudicandi. Hinc ars formandi gustum, s. de sensitiue diiudicando et iudicium suum proponendo est AESTHETICA CRITICA, §. 533. Iudicio intellectuali gaudens est CRITI-

nes heterogeneas, quo fortius coniungit facultas characteristica, hoc maior est, §. 219. Scientia sensitiuae cognitionis circa signa occupatae et propositionis eiusmodi est AESTHETICA CHARACTERISTICA, tam heuristica, quam hermeneutica, §. 349. Characteristica orationis est PHILOLOGIA (grammatica latius dicta), eaque docens pluribus linguis particularibus communia VNIVERSALIS. Philologia docens regulas I) generales in omni oratione obseruandas, qua vocabula eorumque r(partes, est ORTOGRAPHIA LATIVS DICTA 2) flexionem est ETYMOLOGIA (analogia) 3) nexum s. constructionem, est SYNTAXIS 4) quantitatem, PROSODIA. Complexus harum 4 disciplinarum est GRAMMATICA (strictius dicta) 5) significatum, est LEXICA (lexicographia) 6) scriptionem, est GRAPHICE. II) speciales e.g. ELOQVENTIAE* s. perfectionis in oratione sensitiua, eiusque 1) generatim spectatae, est ORATORIA** 2) speciatim, vel solutae, est RHETORICA, vel ligatae, est POETICA. Hae disciplinae cum suis singulae filiabus quatenus demonstrant regulas pluribus linguis particularibus communes VNIVERSALES*** sunt.

* der Beredsamkeit, ** die Kunst wohl zu sprechen, *** die allgemeinen, z. B. Redekunst, Dichtkunst u. s. w.

§. 623.

Dum dormientis sensationes externae non sint claræ, §. 516, somnus debiliorum etiam phantasmatum erit ad sensitiue praeuidendum aptior, quam status vigilantis, §. 598, 599. Complexus regularum ex insomniorum praeuisionibus praesagiendi est ONIROCRITICA.

SECTIO XII.

INTELLECTUS.

§. 624.

Anima mea cognoscit quaedam distincte §. 522, facultas distincte quid cognoscendi est FACULTAS COGNOSCITIVA SUPERIOR, * (mens) intellectus, §. 402, mihi conueniens, §. 210.

* das obere Erkentnis-Vermögen.

§. 625.

Quum habeam facultatem attendendi, ATTENTIONEM, §. 29, et abstrahendi, ABSTRACTIONEM, §. 29, et praescindendi seu abstrahendi partem a toto §. 589, eneque se exserant in sensationibus, imaginationibus, praeuisionibus &c. &c. prout obiecta earum ad corpus nexum habeant §. 538, 600, actuantur per vim animae repraesen-

tatiuam vniuersi pro positu corporis,
§. 513.

* das Vermögen der Aufmercksamkeit, oder auf etwas zu achten. ** der Absonderung, oder sich etwas aus den Gedancken zu schlagen.

§. 626.

Attentio in totius perceptionis partes successiue directa est REFLEXIO.* Attentio ad totam perceptionem post reflexionem est COMPARATIO. * Reflecto. Comparo. Ergo habeo facultatem reflectendi, comparandique, §. 216, actuandas per vim animae repraesentatiuam vniuersi pro positu corporis, §. 625.

* Ueberlegung, ** Vergleichung, das Zusammenhalten.

§. 627.

Lex attentionis est: *quorum plures, quorum minus obscuras notas percipio, quam alio-rum, ea clarius aliis percipio*, §. 528. Hinc regula reflexionis est: *cuius partis in perceptione totius plures minus obscuras notas percipio, ad eam prae reliquis attendo*, §. 626, et regula comparationis haec est: *Reflectendo ad partes totius perceptionis plures et clariores notas, eius percipiens ad eam postea magis attendo*, §. 529.

§. 628.

Attentio minima esset, quae vnicam minimam perceptionem obscurissimis reliquis vnico tantum gradu clariorem redderet. Hinc quo plures, quo maiores perceptiones, quo clarioribus, quo clariores reddit, hoc maior est attentio, §. 219. Habitus plura appercipiendi est ATTENTIONIS EXTENSIO, * admodum clarius clarioribus etiam quaedam appercipiendi habitus est ATTENTIONIS INTENSIO. ** Habitus per longius tempus eidem attendendi est ATTENTIONIS PROTENSIO. ***

* die Erweiterung, Verbreitung, oder Ausdehnung. ** die Anstrengung. *** das Anhalten der Aufmerksamkeit.

§. 629.

Lex abstractionis haec est: *Quorum pauciores, quorum minus claras notas percipio, quam sunt aliorum notae, aliis obscurius repraesentantur*, §. 528. Hinc praescindendi haec est regula: *Cuius partis in perceptione totius pauciores minusque claras notas percipio, quam aliarum, haec aliis obscurius percipitur*, §. 625.

§. 630.

Abstractio minima esset, quae vnicam minimam perceptionem clarissimis reliquis vnico tantum gradu obscuriorem redderet. Hinc quo

quo plures, quo maiores perceptiones, quo obscurioribus, quo obscuriores reddit abstractio, hoc maior est, §. 219.

§. 631.

Intellectus mei haec lex est: *Si comparans a non comparatis abstraho, residuum est distincte perceptum*, §. 627, Quumque finitus sit intellectus meus, §. 248, haec lex est lex intellectus finiti, qui attendendo, reflectendo, comparando abstrahendo, praescindendoque actuatur per vim animae repraesentatiuam vniuersi, §. 625, 626.

§. 632.

Repraesentatio rei per intellectum est eius CONCEPTIO. * Hinc CONCEPTIBILE ** est, cuius distincta formari potest perceptio, idque IN SE, *** quod in se spectatum distincte concipi potest. Jam in omni possibili sunt essentia et affectiones, §. 53, 43. non totaliter eaedem, §. 267, 41. quae adeo a se inuicem distingui possunt, §. 67. Ergo in omni possibili sunt notae, §. 67. quae clare cognosci possunt, hinc omne possibile est in se conceptibile.

* das Verstehn oder Verständnis einer Sache. ** verständlich, begreiflich. *** in und an sich selbst.

§. 633.

INCONCEPTIBILE IN SE* (absolute) esset, cuius in se spectati distincta perceptio

inuolueret. Hoc est solum nihilum, §. 632, 7. At CONCEPTIBILE RELATIVE TALE ** est, ad quod distincte cognoscendum dati alicuius intellectus vires sufficiunt, et ad quod intelligendum dati alicuius spiritus vires non sufficiunt, est RELATIVE INCONCEPTIBILE *** (supra datum intellectum positum). Hinc multa in se probe conceptibilia, §. 632, possunt esse supra meum intellectum posita, §. 631.

* an sich selbst unverständlich und unbegreiflich. ** diesem oder jenem begreiflich und verständlich. *** diesem oder jenem unverständlich und unbegreiflich.

§. 634.

Quum distinctio sit rei notarumque rei claritas, potest per multitudinem, et claritatem notarum tam intensiuam, quam extensiuam augeri, §. 531. Quae plures viuidioresque notas habet, quam aliae distinctae, erit PERCEPTIO EXTENSIVE DISTINCTIOR, ** quae intensiue clariores notas habet, quam aliae distinctae, erit (intensiue distinctior) PVRIOR. **

* eine Vorstellung von verbreiteter Deutlichkeit. ** eine reinere Vorstellung.

§. 635.

Quo magis ad rem attendo reflectens et comparans, hoc fit eius intellectio extensi-

tenſiue diſtinctior, §. 634, 631. Quo magis ad intellecti notas iterum attendo reflectens et comparans, quoque magis a non comparatis abſtraho, hoc intellectio producitur purior, §. 634, 559.

§. 636.

Quo minus ad rem attendo, aut ſatis attendens etiam minus tamen reflecto, aut ſatis etiam reflectens minus tamen comparo, hoc fit eius intellectio minus extenſiue diſtincta. Quo minus eosdem actus in intellecti notis repeto, quo minus a non comparatis abſtraho, hoc manet perceptio diſtincta impurior, §. 634, 631.

§. 637.

Intellectus minimus eſſet, qui non niſi vnici minimi pauciſſimas notas minime claras, maxime debiles inter perceptiones praeuias et ſocias heterogeneas, diſtingueret. Quo ergo plurium, quo maiorum, quo plures, quo clariores notas, quo fortiores inter praeuias et ſocias heterogeneas diſtinguit intellectus, hoc maior eſt, §. 219. Perfectio intellectus notas intenſiue diſtinctas formandi eſt PROFVNDITAS,* et maior profunditas PVRITAS.** Perfectio eiusdem notas extenſiue diſtinctas formandi eſt INTELLECTVS PVLCRITVDO.***

* ein tiefer. ** ein reiner. *** ein ſchöner Verſtand.

§. 638.

Si attentio ad certum obiectum minuitur, dum perceptionibus sociis pluribus, heterogeneis attendo, DISTRAHOR.* Hinc plac. sensationes distractione obscurantur, §. 543, et omnis attentio ad certum obiectum distractione impeditur, § 221. Abstractio animi distracti a perceptionibus heterogeneis pluribus, qua attentio ad certum obiectum augetur, est ANIMI COLLECTIO.** Hinc animi collectio adeoque abstractio est impedimentum distractionis, § 221. Iam impedimentum impedimenti est medium ad finem, § 142. Hinc animi collectio, adeoque abstractio promouebit attentionem, quod patet etiam ex §. 549. Attentio promouebit abstractionem, hinc et collectionem animi, §. 529.

* Zerstreuung. ** Sammlung des Gemüthes.

Per intellectum distinctas perceptiones actuans eodem vtitur, §. 338. Habitus vtendi intellectu, VSUS INTELLECTUS dicitur, qui in me habitus acquisitus, §. 377. Cui vsus intellectus nondum accumulatus est quantus ad loquendum requiritur, est INFANS, cui nondum tantus quantus ad negotia vitae communis grauiora plerumque requiritur, NATURALITER

INTELLECTUS

MINORENNIS, VI NATURALITER MA-IORENNIS est, cui tantus intellectus vsus acquisitus est, quantus ad negotia vitae communis grauiora plerumque requiritur. Cui notabiliter minor intellectus vsus est, quam plerisque aetate aequalibus. SIMPLEX SIGNIFICATU MALO. *** In quibus nullus aut fere nullus intellectus vsus obseruatur in ea aetate, in qua soleat esse probe obseruabilis, sunt MENTE CAPTI.

* der Gebrauch des Verstandes. ** ein Kind. *** einfältig in schlechter Bedeutung. *** die nie zu, oder von Sinnen und Verstand gekommen.

SECTIO XIII.

RATIO.

§. 640.

Nexum quorundam confuse, quorundam distincte percipio. Ergo habeo intellectum nexum rerum perspicientem, §. 402. 216. 1. c. RATIONEM, et facultates nexus confusus cognoscentes, quales inferior facultas identitates rerum cognoscendi, §. 572. 279. quo ingenium sensitiuum, §. 573. 2) inferior facultas diuersitates rerum cognoscendi, §. 572. 279. quo acumen sensitiuum pertinet, §. 575. 3) memoria sensitiua, §. 579. 306. 4) facultas fingendi, §. 589. 5) facultas diiudicandi,

§. 606, 94. quo iudicium sensitivum, §. 607, et sensuum, §. 608. et exspectatio casuum similium, §. 618, 619. facultas characteristica sensitiva, §. 621, 147. Hae omnes, quatenus in repraesentando rerum nexu rationi similes sunt, constituunt ANALOGON RATIONIS, §. 70, complexum facultatum animae nexum confuse, repraesentantium

* die Vernunft. ** das der Vernunft ähnliche.

Facultas distincte identitates diuersitatesque rerum perspiciendi, §. 572, 579. huc ingenium et acumen intellectuale, §. 575. memoria intellectualis, seu PERSONALITAS, §. 578, 306. facultas distincte diiudicandi, §. 606, 94. quo iudicium intellectuale pertinet, §. 607. praelagitio intellectualis seu PRAEVIDENTIA (prospicientia), §. 610. facultas characteristica intellectualis, §. 619. est ratio, §. 640.

Vorsicht.

Quum omnia in hoc mundo sint in vniuersali nexu, §. 356-358. ratio actuatur per vim animae repraesentatiuam vniuersi pro situ corporis, §. 631. et hac quidem lege: *Si in A clare cognosco C, aliquid, ex quo clare*

cognoscam, cur sit aliquid clare cognoscendum in B, A et B concipio connexa, §. 14. 632.

§. 643.

Quod vlla ratione cognosci potest, RATIONABILE * dicitur, quod nulla, IRRATIONABILE ** (contra rationem). Iam omne possibile est dupliciter rationale et connexum, §. 24. Tam eius ratio, quam rationatum, cum nexu inter vtrumque sunt conceptibilia in se, §. 632, 14. Ergo omne possibile est rationabile. Omne irrationabile, quicquid contra rationem est, est impossibile, §. 7, 8.

* vernünftig. ** unvernünftig.

§. 644.

Ad cuius nexum intelligendum datae alicuius rationis vires non sufficiunt, est EXTRA DATAE RATIONIS SPHAERAM * positum (nunc infra, nunc supra datam rationem, nunc neutrum, tamen extra eiusdem horizontem) Cuius ergo ratio limitata est, vt mea, §. 631, 640. illius extra sphaeram rationis possunt esse posita multa rationabilia, §. 643.

* von diesem oder jenem nicht vernünftig einzusehn.

§. 645.

Ratio minima esset intellectus minimus vnici minimum nexum perspiciens. Quo ergo maior

maior intellectus, quo maiorem, quo plurium nexum perſpicit. hoc maior eſt ratio, §. 219. Habitus maiorem rerum nexum perſpiciendi eſt SOLIDITAS,* plurium rerum nexum perſpiciendi habitus eſt SAGACITAS RATIONIS.** Hinc et ratio eſt vel purior, vel impurior, §. 637.

* eine gründliche. ** erfindſame Vernunft.

§. 646.

Perceptiones rationis ſunt RATIOCINIA,* quae ſi vera fuerint, SANA,** ſi falſa, CORRUPTA RATIO*** dicitur. Complexus verorum ratiociniorum dicitur RATIO OBIECTIUE SUMTA, contradiſtincta rationi ſubiectiue ſumtae, §. 640. definitae. VSUS RATIONIS** eſt habitus ratione vtendi, qui in me acquiſitus, §. 577. Intenſio eius eſt CULTURA RATIONIS.*** Hinc omnis veritatis philoſophica cognitio colit rationem, §. 577. Falſa regula ſyllogiſtica admodum eandem corrumpit.

* Vernunft-Schlüſſe; Beweiſe des Verſtandes. ** eine geſunde. *** eine verderbte Vernunft. * die Vernunft vor ihren wahren Gegenſtand geſezt. ** der Gebrauch. *** die Bearbeitung der Vernunft.

§. 647.

Errores analogi rationis rationi corruptae qui tribuit, §. 640, 646. illudit illi facul-

v. 239.

qui poſſit ex ingenio poetico fieri philoſophicum, e. c. §. 649.

* Gewohnheit.

SECTIO XIII.
INDIFFERENTIA.

§. 651.

Per facultatem diiudicandi alicuius vel perfectionem vel imperfectionem percipio, §. 636. Perfectionem imperfectionemue vel ſymbolice, vel intuitiue cognoſco, §. 620. Hinc obiecti alicuius aut perfectionem intueor, et PLACET,* aut imperfectionem, et DISPLICET,** aut nec perfectionem eius, nec imperfectionem intueor, i. e. nec placet nec diſplicet, et (ſum erga illud indifferens) eſt MIHI INDIFFERENS.*** Quod placet, intueor vt bonum, ſub ratione boni, §. 100. quod diſplicet, intueor vt malum, ſub ratione mali, §. 149. Indifferens mihi nec vt bonum, nec vt malum, nec ſub ratione boni, nec ſub ratione mali intueor, §. 100, 146.

* gefällt. ** miſſällt mir. *** es iſt mir gleichgültig, ich bin dagegen gleichgültig.

§. 652.

In mihi indifferenti aut nullam omnino perfectionem imperfectionemue intueor, et eſt MIHI PLENARIE INDIFFERENS,

aut nec certam et determinatam tantum perfectionem, in eodem intueor, nec oppositum eius, et est respectu illius perfectionis MIHI RESPECTIVE INDIFFERENS. IGNOTUM MIHI * est, quod non repraesento. Vnde ignoti nullam omnino perfectionem, imperfectionemue intueor, §. 651. Ergo ignotum mihi est plenarie indifferens, nec placet, nec displicet. Partialiter mihi ignotum est mihi respectiue ad perfectiones incognitarum partium indifferens. Quod tantum symbolice apercipio, si vel maxime symbolice mihi eius conscius sim, vt bonum, vel malum, non clare intueor tamen, vt tale, §. 629, hinc nec placet, nec displicet mihi, sed est indifferens, §. 651, quatenus obseruatur.

* gäntzlich. ** gewisser Maassen mir gleichgültig. *** das mir unbekannte.

§. 653.

ANIMVS INDIFFERENS TOTALITER esset, in cuius perceptione totali omnino mihil placens, nihil displicens contineretur. PARTIALITER INDIFFERENS ** est, qui partiales perceptiones sibi vel plenarie, vel respectiue indifferentes habet. Ergo cui vel vnicum minime placet, vel displicet, non est totaliter indifferens. Cui non omnes ipsius perceptiones partiales respectu omnium perfectionum possibilium aut

NIVM TAEDII (*d*) eſt, aut placentibus non placentia, diſpliacentibus non diſplicentia aequalia eſſent robore, et eſſet ille STATVS TOTALIS AEQVILIBRII, (*e*) §. 546. cf. §. 561.

* einfaches ** zuſammengeſetztes. *** ſinnliches Vergnügen und Misvergnügen. (*a*) der Sinne. (*b*) des Verſtandes. (*c*) Uebergewicht des Vergnügens. (*d*) des Misvergnügens. (*e*) Stand des gäntzlichen Gleichgewichts.

657. Voluptas fortior obſcurat debiliores voluptates et taedia heterogenea praeuia et ſocia. Taedium fortius obſcurat debiliora taedia heterogenea praeuia et ſocia cum eiusmodi voluptatibus, §. 529. Hinc in praedominio voluptatis praegreſſa et ſocia taedia, in praedominio taedii praegreſſae ſocieque voluptates obſcurantur.

§. 656. Debilior voluptas illuſtrat voluptates fortiores praegreſſas et ſocias heterogeneas cum eiusmodi taediis. Debilius taedium illuſtrat taedium fortius praegreſſum et ſocium heterogeneum cum eiusmodi voluptatibus, §. 549.

§. 658. Minima voluptas et taedium ſunt ſtatus qui oriuntur ex minimo i. e. minime vero claro, certo, §. 531, 620. qui poteſt eſſe, intui-

tu vnicae minimae perfectionis imperfectionisue, praeuiis et sociis heterogeneis voluptatibus taediisque plurimum fortioribus, 651, 161. Quo ergo maiore, i. e. veriore, vel viuidiore, vel distinctiore, clariore, certiore, §. 531. ex intuitu quo plurium, quo maiorum perfectionum, imperfectionumue, quo debiliores inter praeuias sociasque voluptates heterogeneas et taedia eiusmodi voluptates et taedia nascentur, hoc erunt maiora, §. 160, 657. Voluptatis caussa DELECTAT. Voluptatem augens, IVCVNDVM ** (commodum), minuens, INCOMMODVM *** (ingratum), taedium augens, MOLESTVM (a) minuens, GRATVM (b) erit.

* ergözt. ** bequehm, belustigend, angenehm. *** unangenehm. (a) beschwehrlich. (b) erquickend, nicht unangenehm.

§. 659.

Quum praesentium clarior, §. 542, verior, certior, §. 546, hinc maior, §. 531. sit intuitus, voluptates et taedia ex praesentibus possunt esse maiora, quam ex praeteritis et futuris, §. 658. Quorum si tamen aliquid, vt multo maiores, multo plures perfectiones imperfectionesue continens repraesentatur, aut si animus per plura in praeteritis futurisque placentia et displicentia distrahitur ex illis voluptas et taedium possunt fortiora fieri, quam ex prae-

praesenti, §. 658, 543. Voluptas taedium-
que, quo excepto animus est paene indif-
ferens, aut in totali aequilibrio, clarius
sentiuntur, §. 658, 653.

§. 660.

MIHI BONA * sunt, quibus positis in mea
ponitur realitas, MIHI MALA; ** quibus po-
sitis in mea ponitur negatio latius sumta.
Quumque mea corporisque mei, et vtri-
usque status magis i. e. verius, clarius,
certius, §. 531, sim conscius, quam multa
rum aliarum rerum, §. 308, patet, cur ea,
quae intueor, vt mihi bona, vel mihi
mala, voluptates et taedia roducant ma-
iora, quam multa alia, licet haec vel me-
liora, vel peiora iudicem, §. 658. In bo-
nis malisque mihi quaedam exsistunt extra
me, quaedam minus, haec sunt mihi Bona
et mala (interna) DOMESTICA, illa (ex-
terna) ADVENTITIA, (a) mihi vtilia, §. 336.
Domestica possunt magis placere et dis-
plicere adventitiis, §. 658.

* mir gut. ** mir böse. *** innre, einhei-
mische, (a) äussre, fremde, von aussen
kommende.

§. 661.

Si quid tantum, vt bonum, intuemur, in-
de oritur PVRA VOLVPTAS † si quid tan-
tum, vt malum, inde oritur ††, MERVM

O TAE-

TAEDIVM, si quid, vt bonum malumque simul, et aequaliter, inde oritur STATVS AEQVILIBRII PARTIALIS, §. 656, respectu illius obiecti. Si quid, vt bonum malumque simul, sed inaequaliter, aut erit intuitus obiecti, vt boni, maior, et oritur DVLCE TAEDIVM (a), aut erit intuitus obiecti, vt mali, maior, et oritur AMARA VOLVPTAS. (b) Iam omne finitum partim bonum, partim malum, §. 264. Ergo si finitum intuear, vt est, nulla ex eo mera voluptas, nullum merum taedium, omnia finita placebunt displicebuntque partialiter, §. 651, 654.

* ein reines Vergnügen. ** nichts, als Unlust. *** der Zustand einiges Gleichgewichtes. (a) ein süsses Misvergnügen. (b) eine bittre Lust.

§. 662.

Perfectio phaenomenon, i. gustui latius dicto, obseruabilis est PVLCRITVDO, imperfectio phaenomenon, gustui latius dicto obseruabilis, est DEFORMITAS. ** Hinc pulcrum, vt tale, intuentem delectat, §. 658, deforme, vt tale, intuenti molestum est, §. 618. Mutato intuitu, mutatur voluptas et taedium, §. 326, 328. Iam, omnis meus intuitus est in se mutabilis, §. 217. Ergo omnis mea voluptas, omne taedium est in se mutabile. Quae

Quae tamen plerisque difficilius mutanda, (durabilia) CONSTANTIA *** dicuntur, quae constantibus facilius mutanda sunt VOLVPTATES et TAEDIA, TRANSITORIA (a) (brevia, fluxa) sunt.

* Schönheit. ** Häslichkeit. *** beständige, dauerhafte. (a) flüchtige, vergängliche.

SECTIO XVI.

FACVLTAS APPETITIVA.

663.

Si conor seu nitor aliquam perceptionem producere, i. e. in vim animae meae seu me determino ad certam perceptionem, APPETO. Cuius oppositum appero, illud AVERSOR. Ergo habeo FACVLTATEM appetendi et auersandi, §. 216. i. e. APPETITIVAM (voluntatem latius dictam cf. §. 690.) Ipsi conatus seu nisus seu determinationes virium mearum meae sunt appetentiae APPETITIONES (a) (appetitus) et auersantiae AVERSATIONES (b).

* so begehre ich. ** davon bin ich abgeneigt. *** das Vermögen zu begehren. (a) Begierden. (b) Abneigungen.

664.

Quae appeto i) praeuideo continenda in futuris perceptionum mearum totalium

feriebus, 2) praesagio exstitura vi mea ad eadem determinata, 3) placent. Quae prorsus non praeuideo, hinc ignota, §. 652, 595. quae prorsus non praesagio vlla vi mea exstitura, quae prorsus non placent, hinc plenarie mihi indifferentia, §. 652, non appeto. Quae auersor, 1) praeuideo, 2) praesagio certo nisu meo impedienda, 3) displicent. Quae prorsus non praeuideo, hinc ignota, quae nullo nisu meo impedienda praesagio, quae prorsus non displicent, non auersor, hinc mihi plenarie indifferentia non auersor, §. 652.

§. 663.

Lex facultatis appetitiuae haec est: *Quae placentia praeuidens exstitura nisu meo praesagio, nitor producere. Quae displicentia praeuidens impedienda nisu meo praesagio, eorum oppositum appeto*, §. 664, 663. Hinc multa bona et mala sub ratione boni, possum appetere. Multa mala et bona, sub ratione mali, possum auersari, §. 651.

§. 664.

Multa bona possum non appetere, 1) ignota, 2) mihi plenarie indifferentia, 3) per errorem displicentia, 4) placentia etiam, sed prorsus non praeuisa, 5) praeuisa etiam, sed quae vllo nisu meo exstitura

ra prorſus non praelagio. Multa mala poſſum non auerſari, 1) ignota 2) mihi plenarie indifferentia 3) per errorem placentia, 4) diſplicentia etiam, ſed prorſus non praeuiſa, 5) praeuiſa etiam, ſed quae nullo niſu meo impedienda praelagio §. 664, 665.

§. 667.

Quum intuitus, §. 619. iudicationes, §. 668, hinc voluptas et taedium, §. 655, praeuiſiones, §. 515. et praelagia, §. 610. actuentur per vim animae repraeſentatiuam vniuerſi pro poſitu corporis mei, et per haec actuetur appetitus et auerſatio, actuabuntur per vim animae repraeſentatiuam vniuerſi pro poſitu corporis mei, §. 513, 317.

§. 668.

Quo minores maioresque facultates cognoſcitiuae ad appetendum auerſandumque requiſitae, § 667. hoc minor vel maior facultas appetendi vel auerſandi eadem ſequens, ſeu per eas determinata, §. 331.

§. 669.

Appetens et auerſatus intendit productionem alicuius perceptionis, §. 341, 663. hinc perceptiones, intentionis eiusmodi rationem continentes cauſſae impulſiuae ſunt

sunt appetitionis auersationisque, vnde ELATERES ANIMI * vocantur, §. 342. COGNITIO, quatenus elateres animi continet, MOVENS ** (afficiens, tangens, ardens, pragmatica, practica et viua latius), quatenus minus, INERS *** (theoretica et mortua latius), et haec caeteroquin satis perfecta, §. 515, 531. SPECVLATIO * (speculatiua, vana, cassa) dicitur. Hinc cognitio symbolica, qua talis, est notabiliter iners, §. 652, sola intuitiua mouens, §. 652. Hinc in statu totalis indifferentiae perceptio totalis esset iners, §. 653, at in statu purae voluptatis, meri taedii, aut alterutrius praedominantis perceptio totalis est mouens, §. 656, 661. Cognitio, quae vim motricem habet, caeteris paribus, maior est incerti, etiam speculatione, §. 515. Ergo quo vastior, quo nobilior, quo verior, quo clarior, hinc viuidior vel distinctior, quo certior, quo ardentior cognitio est, hoc maior est. §. 515, 531.

* Triebfedern des Gemüths. ** eine rührende, bewegende, thaetige, wirksame Kenntniss. *** eine kalte, leblose Kenntniss.

* ein untaugliches Hirngebaeude.

§. 670.

Status aequilibrii respectu certi obiecti, est status, vbi placet illud et displicet aequaliter. §. 661. Hinc in statu talis aequilibrii

tum, vel etiam ſecundum quid in poteſtate mea poſita, eſt quaedam vel ſimpliciter etiam, vel tantum ſecundum quid extra meam poteſtatem, §. 469. Actionum in poteſtate alicuius agentis poſitarum oppoſitum aut eſt etiam in poteſtate eiusdem agentis poſitum, aut extra eandem, §. 9. et vtrumque denuo vel ſimpliciter, vel ſecundum quid, §. 469. Quae ipſae cum ſuis oppoſitis, ſimpliciter ſaltim, ſunt in poteſtate alicuius poſitae, ſunt ipſi LIBERAE (cf. §. 719.) RATIONE EXSEQUUTIONIS, *** quarum oppoſitum ſimpliciter ſupra poteſtatem alicuius poſitum eſt, ſunt ipſi MERE NATVRALES. ACTIO liberae ratione exſequutionis, cuius oppoſito aeqvalis reſpectu certi agentis eſt phyſica poſſibilitas, eſt PHYSICA ipſi INDIFFERENS * (indifferens, qua exercitium actus.)

* Handlungen ſtehn. ** ſtehn nicht in meiner Gewalt. *** bey denen Thun und Laſſen in meiner Gewalt ſteht. *gleich leicht und ſchwehr iſt.

Actiones mere naturales ſunt naturaliter neceſſariae. Vndę actiones liberae ratione exſequutionis his contradiſtinctae phyſice contingentes ſunt, §. 708, 469.

Hinc futurae nonnunquam FVTVRA CONTINGENTIA * simpliciter vocantur.

* das Zufaellig-künftige.

INTERNA NECESSITATIO (coactio) est, quae dependet a determinatione substantiae necessitatae interna, et tribuitur substantiis et earum actionibus, 1) dum actiones substantiarum putantur a sola earundem essentia necessitari ABSOLVTA, (essentialis). Eiusmodi necessitatio, dum actiones mutaret in absolute necessarias, §. 702, 107. omnino impossibilis est, §. 702. 2) dum per substantiae naturam quaedam actiones ex physice alias contingentibus mutantur in physice necessarias illi naturae vel simpliciter vel secundum quid tales, §. 469. PHYSICA (naturalis). Hinc actiones mere naturales possunt dici necessitatae coactione interna physica. §. 709, 708. Actiones et substantiae neutro ex his significatu interne coactae sunt LIBERAE (cf. §. 719.) A NECESSITATIONE INTERNA TAM ABSOLVTA, QVAM PHYSICA. *** Jam vero actiones liberae ratione exsequutionis, et substantiae, quae et quatenus actiones eiusmodi patrant, neutro ex his significatu sunt interne coactae, §. 709, 708. ergo

sunt liberae a coactione interna tam absoluta, quam physica.

* die innre Noethigung. ** die vvesentliche. *** frey von der innern so vvohl vvesentlichen als natürlichen Noethigung.

§. 711.

Multae meae actiones, multae actiones animae meae spontaneae sunt liberae ratione exsequutionis, §. 708. Ergo et ipsis et animae, quatenus eas patrat, conuenit libertas a coactione externa simpliciter tali, §. 707, et interna, tam absoluta, quam physica, §. 710.

§. 712.

LVBITVS * est cognitio, qua substantia pollet, ex qua secundum leges appetitionis auersationisque cognosci potest, cur sic non aliter se determinet circa actionem liberam ratione exsequutionis. At hoc cognosci potest ex praeuisione, praesagio, voluptate, vel taedio, §. 665. stimulis et motiuis §. 677, 690. Ergo praeuisio, praesagium, voluptas vel taedium, stimuli et motiua, quae cognoscuntur a certa substantia, lubitum eius constituunt. Si SVBSTANTIA circa actionem liberam ratione exsequutionis ita vim suam determinat, sicut ex lubitu eius cognosci potest, APPETIT VEL AVERSATVR PRO LVBITV. **

Qui ergo aut non praeuiſum, aut id, quod prorſus non praeſagierat, vllo niſu ſuo exſtiturum, aut nec placens, nec diſplicens, ſine vllis ſtimulis, vllis motiuis appetereț, vel auerſaretur, non appetereț non auerſaretur pro lubitu. Multa appeto, multa auerſor pro lubitu meo. Ergo habeo facultatem appetendi et auerſandi pro lubitu meo i. e. ARBITRIVM. ** Actiones, quas per arbitrium determinare eſt in poteſtate alicuius ſubſtantiae poſitum, ipſi ſunt ARBITRARIAE. **** Multae actiones meae ſunt arbitrariae.

* das Belieben ** nach Belieben begehren oder abgeneigt ſeyn. *** Willkür. **** Willkürlich.

§. 713.

LVBENTER APPETO VEL AVERSOR *

1) quicquid appeto vel auerſor pro lubitu, et tunc nihil appeto, nihil auerſor illubenter ſ. INVITVS, ** §. 712, 665. 2) ſi lubitus aut merum taedium, aut puram voluptatem, aut ingens ſuperpondium contineat; tunc INVITVS (illubenter, contra lubitum) appeto vel auerſor, vbi non eſt admodum magnum in lubitu ſuperpondium; ſeu, vbi ad oppoſitum eius, quod appeto vel auerſor, multa etiam et magna videntur impellere. Vltimo ſignificatu inuitus, tamen appeto vel auerſor pro lubitu, eo-

quo

que significatu inuita actio tamen est arbitraria; §. 712.

* ich begehre oder verwerfe gern, ** ungern.

§. 714.

Quum COACTIO SIGNIFICATU STRICTO *a*) cf. §. 701. sit productio actionis inuitae: ACTIO COACTA seu INUITA PER COACTIONEM SIMPLICITER SUMTAM EXTERNAM esset, quam nullo pro lubitu, contra omnem lubitum, per coactionem externam simpliciter sumtam patrarem, sed haec non esset actio proprie dicta, §. 707. Si quid inuitus ago pro lubitu ex §. 713. superpondium eius, quod appero vel auersor, aut vt a me productum consideratur, et ME IPSE COEGISSE *b*) dicor, aut vt ab alio extra me, §. 22, et ACTIO dicitur INVITA seu COACTA PER COACTIONEM EXTERNAM SECUNDUM QUID *c*) (mixta, sc. ex arbitraria, et inuita per coactionem simpliciter sumtam externam.).

a) Zwang in engerer Bedeutung. *b*) eine von aussen schlechterdings erzwungene Handlung. *c*) ich zwinge mich selbst zu etwas. *d*) eine von aussen gewisser Maassen erzwungene Handlung.

Actiones inuitae, ad quas me cogere dicor ipse, aut externe cogi secundum

quid ab aliis, fiunt pro lubitu meo, §. 714. hinc ſunt arbitrariae, §. 712, et neceſſitatae vocantur, quatenus, vt minus neceſſariae, concipiuntur, ſi vel ipſe, vel alia non produxiſſent, quod eas produxit, ſuperpondium, §. 701, 188.

§. 716.

ACTIONES INVITAE PER IGNORANTIAM AVT ERROREM* appellantur, quas non patraſſem pro lubitu, niſi aliquid ignoraſſem vel erraſſem; quae quum tamen fiant pro lubitu, ſunt etiam arbitrariae, §. 712.

* aus Unwiſſenheit oder Irrthum ungern vorgenommene Handlungen.

§. 717.

Arbitrium minimum eſſet, pro minimo lubitu vnicam tantum actionem determinans, §. 161, Quo ergo maiori pro lubitu, quo plures, quo maiores actiones determinat, hoc maius eſt, §. 160, donec ſit maximum, maximas plurimas actiones ex maximo lubitu determinans §, 161, 712.

§. 718.

Quum arbitrium ſit facultas appetendi auerſandiue pro lubitu ſuo, §. 712. ſubſtantia arbitrio praedita, aut tantum facultatem appetendi auerſandiue ſenſitiue habebit,

bit, aut tantum volendi nolendiue pro lubitu, aut facultatem volendi nolendiue et sensitiue appetendi auersandiue pro lubitu suo. §. 676, 689.

SECTIO XXI.

LIBERTAS.

§. 719.

Facultas appetendi auersandiue pro lubitu suo sensitiue, est ARBITRIVM SENSITIVVM, * facultas volendi nolendiue pro lubitu suo est (liberum arbitrium) LIBERTAS ** cf. §. 707, 708, 710. (moralis, simpliciter sic dicta). Libertas pure volendi nolendiue est LIBERTAS PVRA. *** Ergo substantia arbitrio praedita aut illud sensitiuum tantum habebit, aut libertatem tantum puram, aut eandem arbitrio sensitiuo mixtam, §. 718. ACTIONES, ad quas per libertatem se determinare est in potestate alicuius substantiae positum, LIBERAE * sunt, et ipsa SVBSTANTIA, quae et quatenus actiones liberas patrare potest, est LIBERA. **

*) das sinnliche Willkür. ** Freiheit. *** reine Freiheit. * freie Handlungen. ** Dinge, oder Kraefte, die frey vor sich bestehn.

§. 720.

Multa appeto auersorque sensitiue pro

lubitu meo. Ergo habeo arbitrium sensitiuum, §. 219, 719. Multa volo noloque pro lubitu meo. Ergo habeo libertatem §. 216, 19. Multae actiones meae, multae actiones animae meae, et anima in multis actionibus suis, sunt liberae. Omnibus meis volitionibus nolitionibusque sensitiui quid admixtum est. §. 692. Hinc non conuenit mihi pura libertas, in liberrimis meis actionibus arbitrio sensitiuo mixta mea est libertas, §. 719. Tam arbitrium sensitiuum, quam liberum actuantur per vim animae repraesentatiuam vniuersi pro positu corporis mei in eodem. §. 712, 667.

§. 721.

ACTIONES VOLVNTARIAE* dicuntur 1) quaecunque per facultatem appetitiuam superiorem determinantur, tunc INVOLVNTARIAE** sunt, quae per facultatem appetitiuam superiorem non determinantur. Et hoc significatu omnes actiones voluntariae sunt liberae, non omnes actiones liberae sunt voluntariae, §. 7[illegible]. Pone enim, me me ipsum determinare per arbitrium sensitiuum, vbi me determinare per libertatem fuit in potestate mea positum erit eiusmodi actio involuntaria, tamen libera, §. 719.

* Handlungen des Willens, die mit Willen geschehn. ** die nicht des Willens sind, oder nicht mit Willen geschehn.

§. 722.

ACTIONES VOLVNTARIAE * dicuntur 2) quaecunque per facultatem appetitiuam superiorem nullo modo inuiti determinantur. Tunc INVOLVNTARIAE ** sunt, quas inuitus volo. Hoc significatu voluntariae, inuoluntariaeque omnes sunt liberae actiones, §. 719. Sed non omnes liberae actiones sunt vel voluntariae, vel inuoluntariae hoc significatu, §. 721.

* freyvvillige Handlungen. ** Handlungen, die ich ungern vvill.

Cum libertate propius connexum est MORALE LATE DICTVM *a*) cf. §. 787. Hinc DETERMINATIONES LIBERAE sunt MORALES. *b*) HABITVS actionum liberarum MORALES, *c*) LEGES determinationum moralium MORALES. *d*) PHILOSOPHIA et THEOLOGIA eas docens MORALIS. STATVS ex iis resultans MORALIS *e*) est. Hinc MORALITER POSSIBILE est 1) quod non, nisi per libertatem, s. in substantia libera, qua tali, fieri potest, LATIVS, *f*) 2) quod non, nisi per libertatem legibus moralibus conformiter determinatam, fieri potest, STRICTIVS s. LICITVM. *g*) MORALITER IMPOSSIBILE est 1) quod ob solam libertatem in substantia libera fieri non

non potest LATIVS *h*) 3) per libertatem legibus moralibus conformiter determinandam impossibile, STRICTIVS s. ILLICITVM. *i*) MORALITER NECESSARIVM est, cuius oppositum est moraliter impossibile, ergo 1) cuius oppositum, non, nisi per libertatem, s. in substantia, quatenus est libera, est impossibile, LATIVS *k*) 2) cuius oppositum est illicitum STRICTIVS. *l*) Necessitatio moralis est OBLIGATIO. *m*) Obligatio ad actionem inuitam erit COACTIO MORALIS. *n*)

a) sittlich, in weiterer Bedeutung. *b*) sittliche Bestimmungen, in weiterer Bedeutung. *c*) Gesetze der sittlichen Freyheit, *d*) sittlich möglich, in weiterer Bedeutung. *e*) in engerer Bedeutung, erlaubt. *f*) sittlich unmöglich, in weiterer Bedeutung, unerlaubt. *g*) in engerer Bedeutung. *h*) sittlich nothwendig, in weiterer, *i*) in engerer Bedeutung, *m*) Verbindung, Verpflichtung. *n*) sittlicher Zwang.

Necessitas moralis neutro significatu esse potest, vbi non est libertas, §. 723, ergo non tollit libertatem, nec eius oppositum est, §. 81, sed rationatum seu consectarium, §. 14. Hinc actiones moraliter necessariae, necessitatae, et coactae non possunt solum esse liberae, sed et sunt tales necessario, §. 723. Immo posita LEGE MORALI VNIVERSALISSIMA, * i. e. omnes omnium

substantiarum liberarum liberas actiones determinante, cf. §. 822. omnes actiones liberae sunt moraliter necessariae, aut illicitae, §. 723.

* das allgemeinste sittliche Gesetze.

§. 725.

Libertas minima est vnicam tantum volitionem nolitionemue pro lubitu minimo actuans, quo ergo plures, quo maiores, quo maiori pro lubitu actuat, hoc maior est, donec sit maxima maximas plurimas volitiones nolitionesue summo pro lubitu actuans, §. 719. Quo ergo distinctiori pro lubitu aliquid volo noloue, hoc id volo noloue liberius. Ergo quo magis motiuorum meorum mihi sum conscius, hoc liberius volo. §. 712. Liberrime volens nolensue distinctissime volendi nolendiue motiua vt perspiciat, quandocunque vult, vel non vult, est moraliter necessarium, §. 723.

§. 726.

Arbitrii haec lex est: *Ex liberis ratione exsequutionis, quod libet, appeto, quod libet, auersor.* Hinc libertatis regula: *Ex liberis ratione exsequutionis, quod libet, volo, quod libet, nolo.* Actiones meae liberae, dum pro lubitu determinantur, non necessitantur per caussas suas impulsiuas, stimulos aut motiua coactione physica, non externa

na, §. 707. sunt enim stimuli et motiua repraesentationes meae, §. 677, 690. Hinc determinationes meae internae, §. 37. Nec necessitantur actiones meae liberae per caussas suas impulsiuas coactione interna physica, dum sunt manentque positis motiuis liberae ratione exsequutionis, §. 711, 710. Immo, motiua et stimuli accurate loquendo ne agunt quidem in animam, hinc nec eam cogunt, §. 714, nec necessitant moraliter, §. 723, 701. dum non sunt, nisi animae meae accidentia, §. 505.

§. 727.

Si me dicar cogere, in potestate mea positum est, me ad id, ad quod me cogo, per libertatem determinare, vnde cogo me libere, §. 714, 719. Si cogar ab alio externe secundum quid, determinor pro lubitu, qui, vt ab alio extra me posito productus, concipitur, §. 714. Quod si tunc in potestate mea positum fuit, me ad id, ad quod cogor externe secundum quid, per libertatem determinare, eiusmodi actio tamen est libera, §. 719. Multae meae actiones, ad quas me cogo, aut cogor externe secundum quid, sunt liberae.

§. 728.

Coactiones externae secundum quid erunt 1). productiones stimulorum ex placen-

certibus, ILLECEBRAE, * 2) ex displicentibus, MINAE, ** 3 motiuorum ex placentibus, SVASIONES, *** 4) ex displicentibus, DISSVASIONES. * 5) ipsa actuatio displicentium continuanda, donec de sequuto ad finem actionem superpondio certus esse queat cogens, EXTORSIO. ** §. 714.

Multae actiones meae, licet ad eas minis et illecebris, suasionibus, dissuasionibus, et ipsis extorsionibus cogar, tamen sunt liberae. §. 727.

* Reitzungen, locken. ** Drohen. *** Anrathen. * Abrathen. ** die Erpressung.

§. 729.

Per systema harmoniae praestabilitae tollunturomnes actiones animae, multae per coactionem externam simpliciter sumtam, ab vllo finito producendae, §. 714, 449. et in coactis per vim externam secundum quid ipse ille impetus, ex quo oriuntur, ab alio extra animam finito realiter producti tollitur §. 724, 449. et quatenus per istud systema, anima vt nunquam, ita in nullis actionibus suis liberis, ab vllo finito patitur realiter, totalis hoc sensu ab omni toto quo mundo animae adscribitur independentia, §. 354, 387.

§. 730.

Volitiones nolitionesque meae liberae dicun-

dicuntur ACTVS ANIMAE ELICITI, reliquarum facultatum actiones liberae, ACTVS IMPERATI, et quatenus a libertate animae pendent, ipsi in eas IMPERIVM adscribitur. Hinc ANIMAE IN SEMET IPSAM imperium est facultas, pro distincto lubitu nunc huius, nunc illius facultatis actiones producendi, nunc earum producendi oppositum. Quo maior ergo libertas, hoc maius liberi in se et imperium. §. 725. Iniquus imperii in se ipsum defectus est SERVITVS MORALIS SIGNIFICATV LATO *. Ad augendum in se imperium faciens est (ingenium) LIBERALE. ** seruitutem promouens moralem est SERVILE.

* die Herrschaft der Seele über sich selbst. ** die innre Knechtschaft der Seelen überhaupt. *** frey dem knechtischen entgegen gesetzt. * knechtisch.

§. 731.

Actiones animae non, nisi per plures actus intermedios, a libertate si pendeant, ipsi INDIRECTE (mediate) SVBVNT, DIRECTE ** (immediate) autem, quas per libertatem ago vel omitto sine obseruabilibus pluribus intermediis actibus, aliis. Actiones, quae LIBERTATI vel maxime per indirectum subiunt, tamen sunt liberae, §. 719.

* Handlungen, die der Freiheit mittelbar. ** die ihr unmittelbar untervvorfen.

§. 732.

Determinata facultatum appetitiuarum inter se in certo subiecto proportio est eiusdem INDOLES, vel ERECTA ** habitualiter dominantibus superioribus, vel ABIECTA *** habitualiter dominantibus inferioribus, quarum maxima PASSIO DOMINANS * vocatur. Quoniam certa earum proportio ad certum appetibilium auersabiliumue genus facilius feratur, varia hinc TEMPERAMENTORVM ANIMAE * genera constituuntur. Ergo temperamentum animae multum mutari potest ac saepius exercitiis et consuetudine, §. 650, 577.

* die Gemüths-Art. ** eine edle. *** eine niedrige. * der Hang. ** Mischung der Gemüths-Neigungen.

SECTIO XXII.

COMMERCIUM ANIMAE ET CORPORIS.

§. 733.

Multi motus corporis mei ab arbitrio meo pendent, §. 14. Ab arbitrio cuius mihi sum conscius, pendentes MOTVS CORPORIS ARBITRARII * §. 712. dicuntur, et arbitrarii a facultate superiore pendentes sunt VOLVNTARII, ** §. 721. RE-

REGIMEN ANIMAE IN CORPVS ** est dependentia motuum huius ab arbitrio illius. Hinc anima mea habet regimen in corpus meum.

* willkürliche. ** freywillige Bewegungen des Leibes. *** die Herrschaft der Seelen über ihren Leib.

§. 734.

In motibus corporis mei arbitrariis et voluntariis ex anima potest sufficienter cognosci, cur euentus in corpore contingat, hoc non alio tempore et loco. §. 733. Ergo anima agit in corpus, §. 210. et in illud influit, §. 211.

§. 735.

In affectibus animae conformis illis, coexsistit in corpore motus; qui, ex iisdem quum sufficienter cognosci queat, nouum influxus animae in corpus argumentum dat, §. 734.

§. 736.

In sensationibus externis ex vi corporis potest sufficienter cognosci, cur in anima fiat certa mutatio. Ergo corpus agit in animam, §. 710, in eamque influit, §. 211. Ergo est inter animam meam et corpus meum influxus mutuus, §. 734, 735. mutua harmonia, §. 14, et commercium, §. 448.

§. 737.

§. 737.

Motus arbitrarios corporis per vim corpori propriam sufficienter determinari, sufficienterque determinari sensationes per vim animae propriam non experior. Qui ergo maiorem hanc assumit: quicquid non experior, non exsistit: inde concludet: „Ergo motus corporis arbitrarii per vim „corpori propriam, et sensationes externae per vim animae propriam non sufficienter determinantur. Hinc corpus in „animam, anima in corpus realiter influit, „§. 212, influxu physico, §. 450. (per exp.)„ Hanc si conclusionem pro sensatione habet, inde fallaciae sensuum ipsius oriuntur, sumta maiore falsa, §. 548, per vitium subreptionis, §. 546.

§. 738.

Mutationes corporis ex anima, et animae ex corpore pendentes sunt harmonicae. §. 448. In mutationibus harmonicis animae et corporis mutationi corporis coexsistit, vel succedit mutatio animae, mutationi animae coexsistit vel succedit mutatio corporis, §. 733-736. Qui ergo hanc maiorem assumit: „Quae sibi coexsistunt „vel succedunt, eorum vnum in alterum „realiter influit: hinc concludet: ergo „corpus in animam in mutationibus har-

„monicis, anima in corpus realiter influit, (per exp.)„ Quam si conclusionem habet pro sensatione, hinc oriuntur fallaciae sensuum ipsius, §. 548. per vitium subreptionis. §. 546.

§. 739.

Anima mea et corpus meum me vnum constituunt. Ergo sunt inter se vnita, §. 73, 79. Commercium eorum, quatenus per illud vnus homo perdurat, est vnio, §. 205. quae quatenus est admodum magna §. 734. 736. et quanta non est inter animam meam et vllum aliud corpus, §. 508. est arctissima.

CAPVT II.

PSYCHOLOGIA RATIONALIS,

SECTIO I.

NATURA ANIMAE HUMANAE.

§. 740.

ANIMA HVMANA * est anima, quae cum corpore humano in arctissimo est commercio. Quumque anima cum corpore, quocum est in arctissimo commercio, constituat ANIMAL; ** anima humana cum corpore,

pore, quocum est in arctissimo commercio, constituit animal, quod HOMINEM *** dicimus.

* eine menschliche Seele. ** ein Thier. *** einen Menschen.

§. 741.

Anima humana sibi corpus suum repraesentat pro arbitrio, §. 740. Ergo agit, §. 210, mouet etiam corpus suum, §. 740, 734. Ergo appetit et auersatur, §. 712. Ergo agit et est vis repraesentatiua corporis sui, §. 210. Corpus humanum est materia, §. 296, hinc diuisibile, §. 427, adeoque interne mutabile, §. 244, adeoque ens finitum, §. 255, actuale, pars mundi, §. 354. Ex positu corporis humani in vniuerso cognosci potest, cur anima humana obscure, clare, distincte repraesentet, haec, non alia, §. 740, 736. Ergo ANIMA HUMANA * est vis repraesentatiua vniuersi pro positu corporis humani in eodem, §. 513, 155.

* die menschliche Seele.

§. 742.

Ad cogitationem requiritur 1) perceptio rei 2) notarum ad eam distinguendam sufficientium, §. 524. 3) ipsa eius distinctio, §. 67. Est autem accidens cogitatio, §. 191. Ergo non potest existere,

nisi in substantia, vel substantiarum aggregato §. 194. Substantiarum aggregatum, ex cuius partium mutationibus vel accidentibus collectis quarum nulla ratione esset cogitatio, demum resultaret cogitatio in toto, esset MATERIA COGITANS. Haec in mundo esset aggregatum substantiarum finitarum §. 354, quarum vna plus conferret ad cogitandum, quam reliquae §. 272. a quibus auxilia peteretur §. 210. 321. Sed haec patietur, non nisi idealiter §. 451. 463. Ergo in mundo in omni materia cogitante esset vna substantia, in cuius vnica vi omnia ad cogitationem requisita a finitis praestanda rationem sufficientem haberent §. 210. 212. et tamen 1) haec substantia data aggregati domi-nans nunquam cogitaret per se, quod contra §. 36. 220. 2) omnia ad cogitationem requisita, a finitis praestanda, haberent rationem sufficientem, in data substantia dominante, per demonstrata, simulque non, nisi per aggregatum substantiarum demum actuanda essent, i. e. non, nisi in plurium substantiarum finitarum vi rationem sufficientem haberent §. 210. q. a. §. 7. Materia cogitans est in mundo impossibilis. Quicquid cogitare potest, aut est substantia, monas, §. 234. aut totum, cuius substantia, quae cogitare potest, pars sit. Ergo omnis anima est substantia,

tia, monas, §. 564. Quicquid intelligere potest, potest cogitare, §. 69. Ergo quicquid intelligere potest, aut est substantia, monas, spiritus, §. 402, aut totum, cuius spiritus pars est. Totum spirituum est (persona moralis) CORPVS MYSTICVM. Anima intellectualis est spiritus, §. 504. cf. §. 402. 296. Anima humana est substantia, §. 740. Ergo monas, spiritus, §. 741.

Anima humana subsistit per se, §. 742. 192. Ergo non est phaenomenon substantiarum, §. 193. Quum tamen repraesentet, pro positu corporis humani in vniverso, quod est in perpetuo motu, §. 417. 296. hinc semper pondus suum mutat, §. 283. 281. repraesentationes eius semper mutantur, §. 511. Quae quum sint determinationes animae humanae internae §. 37. 741. anima humana est interne mutabilis substantia, hinc continens [illegible] et finita, §. 255. Quoniam animam humanam finitam esse et contingentem substantiam ita quoque patet; anima humana repraesentat pro positu corporis, §. 741. Ergo quaedam distincte, quaedam minus distincte percipit, §. 512. Iam vero distincte quid concipere est realitas, §. 515. 521. Ergo anima humana habet gradum realitatis non maximum.

mum, §. 161. hinc limitem, §. 248. Ergo finita et contingens est, §. 257. substantia, §. 742.

Anima humana cognoscit, appetit et auersatur, §. 741. Haec sunt actiones partialiter diuersae, §. 267. Ergo anima humana habet diuersas partiales facultates, §. 216, quae non stricte vires dicuntur, §. 197. 59. per vim potius animae vim repraesentatiuam stricte dictam concipiuntur, §. 521. 720. nec sunt extra se, mutuum positae, dum accidentia, §. 191. non sunt extra suam substantiam, §. 191. nec dicuntur accurate in se inuicem agere, dum actio non sit prorie nisi substantiae, §. 210. multo minus in se inuicem influere, §. 211.

§. 745.

Anima humana, monas, §. 744. contingens, §. 743. non potest oriri, nisi ex nihilo, §. 226. non potest interire, nisi per annihilationem, §. 237. non fluens est, nec spatium replet, §. 241. i. e. non est in loco repletiue, §. 241. Coexistens tamen simultaneis extra eam positis, est in spatio, §. 239. et loco, §. 281. ita, vt alia extra eam posita ipsi sint propiora, alia remotiora, §. 288. 282. Complexus simultaneorum

ANI-

ANIMAE HVMANAE propiorum ſi SEDES* eius dicatur: corpus humanum prae aliis corporibus, et quaedam eius partes prae aliis membris ſunt ſedes animae. §. 409.

* der Sitz der menſchlichen Seele.

§. 746.

Anima humana non habet magnitudinem quantitatiuam, §. 744, 243. et eſt indiuiſibilis, §. 244. Interitus per diuiſionem eſt CORRVPTIO PHYSICA.* Ergo corruptio phyſica eſt animae humanae in ſe impoſſibilis, §. 151, 741. i. e. anima humana eſt abſolute INCORRVPTIBILIS PHYSICE.**

* das Zergehn. ** unzergänglich, unauflöslich, unverweslich, unzerſtörbar.

Anima humana non admittit quidem triplicem dimenſionem extenſorum, §. 290, 741, poſſibilis tamen eius cognitio philoſophica et mathematica ſicut humani corporis §. 242. Homo cognitat animam et corpore iunctis §. 741, 742. hinc interne mutabilis §. 749. eſt eius ſitum et contingens, §. 202, 257. Ergo poſſibilis eſt hominis cognitio philoſophica et mathematica, §. 249. i. e. ANTHROPOLOGIA philoſophica, et mathematica ſ. ANTHROPOMETRIA, ſicut empirica per experientiam.

tiam. Complexus regularum in cognoscendo homine obseruandarum est ANTHROPOGNOSIA.

§. 748.

Mutato ente finito in infinitum, infinitum oriretur, § 125, 227. nec aeternum esset, §. 302, quod absolute impossibile, §. 252. Mutatio hominis in ens infinitum est APOTHEOSIS, * ergo apotheosis est absolute impossibilis.

* Vergötterung.

§. 749.

Animarum humanarum vel duarum tantum similitudo et aequalitas totalis est impossibilis, §. 271, 272. Ergo totalis conuenientia seu identitas sensuum, imaginationum, praeuisionum, iudiciorum, gustuum, taediorum, voluptatum, stimulorum, motiuorum, errorum, appetitionum, auersationum, volitionum, nolitionum in pluribus hominibus, vel pauciſſimis, est chimaera, §. 599.

§. 750.

Anima humana corpus suum mouet, §. 740, 734. Ergo habet FACULTATEM mouendi quid extra se positum i. e. LOCOMOTIVAM, §. 216. quae vt reliquae facultates animae, §. 744. actuatur per

vim eius repraesentatiuam vniuersi pro positu corporis, §. 741, 417.

§. 751.

Anima humana sibi quasdam huius vniuersi partes, vt singulares, repraesentat, §. 740, 736. ergo vt omnimode determinatas, §. 148. Ad omnimodam determinationem partium huius mundi nexus earundem cum singulis reliquis pertinet, §. 357. Ergo anima humana sibi quaedam repraesentat, vt connexa cum singulis mundi partibus. Iam vero vnum cognosci non potest, vt connexum cum altero, nisi cognoscatur alterum quomodocunque, §. 14. Ergo anima humana singulas huius vniuersi partes percipit, ergo et singulos huius vniuersi status percipit, §. 369.

§. 752.

Anima humana pro positu corporis sui repraesentat sibi statum mundi praesentem, i. e. sentit, §. 534, 751. praeteritum, i. e. imaginatur, §. 557, futurum, i. e. praeuidet, §. 595. Sensationes animae humanae sunt repraesentationes singularum mundi partium sibi simultanearum, minus vel magis distinctae, confusae, vel obscurae, prout obiecta earum se ad corpus humanum habent, §. 751. Imaginationes animae humanae sunt repraesentationes singularum mun-

mundi partium praeteritarum, quae animam sentientem antecesserunt, s. ante illum sensationis actum exstiterunt; et hae quoque imaginationes sunt distinctae, confusae, obscurae, magis vel minus, prout obiecta earundem se ad corpus humanum habuerunt, §. 751. Praeuisiones animae humanae sunt repraesentationes singularum mundi partium futurarum, post sentientis animae actum exiturarum, minus vel magis distinctae, confusae, obscurae, prout obiecta earundem se ad corpus humanum habitura sunt. §. 751.

§. 753.

Eodem modo, quo §. 752. de sensatione e. c. euicit eam esse in omni anima humana, ostendi id potest de reliquis animae actibus per experientiam in anima humana deprehendendis, per psychologiam empiricam enumeratis, §. 576. seqqu.

§. 754.

Anima humana pro positu corporis sui distincte repraesentat, §. 741. Ergo intelligit, §. 402, et est spiritus, §. 742, 216. Hinc denuo patet, omnes animas humanas esse inaequales et vnam omnium perfectissimam, §. 405. Anima humana est spiritus finitus, §. 743, pars huius mundi.

§. 755.

§. 755.

Omnis ſpiritus eſt ſubſtantia, §. 402. Ergo vis, §. 19, hinc quorundam accidentium inhaerentiae ratio ſufficiens, §. 197, adeoque ab eis, §. 210. Quumque ſit ſubſtantia intellectualis, §. 402, quasdam diſtinctas repraeſentationes actuandi facultatem habet, §. 216. Ergo ad eas vim ſuam determinandi, §. 210, hinc appetendi, §. 663. Quicquid appetit, eius oppoſitum auerſatur, hinc ſpiritus habet facultatem auerſandi, §. 663. Appetitiones auerſationesque ſpiritus ſunt eius determinationes internae, §. 37. Ergo ſunt cum reliquis eius determinationibus internis in vniuerſali nexu, §. 49. Ergo etiam cum reliqua ipſius cognitione, quae determinatio interna eſt §. 37, adeoque fiunt pro lubitu ſpiritus, §. 712. Ergo ſpiritus habet arbitrium, §. 712, quumque lubitus ipſius poſſit diſtinctus eſſe, §. 402, liberum ſeu libertatem, §. 719.

§. 756.

Anima humana ſpiritus eſt, §. 754. Ergo habet libertatem, §. 755. Quumque ſpiritualitas, intellectualitas, perſonalitas, §. 641, 754, libertas, ſimplicitas abſoluta, §. 744. et incorruptibilitas ipſi conueniant abſolute neceſſario §. 745, non ſunt eius modi, §. 108, hinc aut eſſentialia, aut attributa

buta, quia sunt determinationes internae, §. 37, 52. Vna earum sublata tolleretur anima humana, §. 63. Hinc anima humana, quae prorsus nequeat distincte quid concipere, nec ex distincto se lubitu determinare, amittens omnem personalitatem et libertatem, constans pluribus viribus, vt partibus extra se inuicem ponendis, et corrumpenda physice sunt chimaerae, §. 590.

Anima humana est immaterialis et incorporea, §. 744, 422. Qui negat animam, humanam esse immaterialem substantiam est,

MATERIALISTA, SIGNIFICATV PSYCHOLOGICO, cf. §. 325, et fallitur, siue eam pro mero corporis accidente habeat, §. 742, siue pro atomo materiali, §. 429. siue pro quocunque corpusculo subtilissimo, §. 426. Materialista vniuersalis, est etiam significatu psychologico talis, §. 395. sed non omnis animam humanam materialem substantiam putans materialista necessario vniuersalis est, §. 395. 758.

Vis repraesentatiua vniuersi pro positu corporis humani in eodem, cum hinc pendentibus ipsius modis, est complexus determinationum animae internarum, quae mutationum eius et inhaerentium ipli accidentium

dentium principia sunt, §. 751 - 755. Ergo vis eadem cum determinationibus suis ex positu corporis pendentibus est natura animae humanae, §. 430. Hinc quicquid per hanc vim secundum leges regulasque singularum facultatum determinatam actuatur in anima humana, est naturale animae humanae, §. 470. quatenus contradistinguitur supernaturali, §. 469 Hoc significatu actiones etiam liberae et morales animae sunt naturales, §. 756, 755. licet non sint mere naturales, § 709. Praeter hunc proprium significatum naturae in anima humana, et hinc naturalis in eadem, sunt alii improprii, et synecdochici, nunc ex confusione partis cum toto male orti, nunc inde quod ex peculiari modo, modificatione, vel statu naturae in anima humana conceptibilibus peculiare nomen inhaesit, et tunc reliquis naturalibus peculiari nomine destitutis, tale adeptis si contradistinguenda fuerunt, nomen generis remansit in significatu strictiori. Sic e. g. connata non-nunquam naturalia dicuntur contradistincta acquisitis, naturalia contradistinguuntur artificialibus, socialibus, arbitrariis, per consuetudinem demum impetratis, e. c. cf. §. 710.

759.

Quae in anima humana sibi succedunt naturalia animae humanae secundum leges vi

vi ipsius praescriptas, fiunt respectu animae humanae secundum cursum naturae, §. 758, 471. et cum iis, quae coexsistunt in anima humana secundum easdem leges, contingunt secundum ordinem naturae respectu animae humanae, §. 473. Praeternaturalia, quae per vim ipsius repraesentatiuam pro positu corporis sui, secundum leges regulasque facultatum ipsius, non actuantur, quae si nec actuentur per naturam vniuersam, sunt supernaturalia, §. 474.

§. 760.

Anima humana mundi optimi est in nexu vniuersali pneumatico, et pneumatico-mechanico maximo, §. 464, 754. Ergo connectitur cum singulis optimi mundi spiritibus et corporibus, §. 48. at inaequaliter, §. 272. Ergo cum vno corpore, cum vno spiritu maxime, §. 161.

SECTIO II.

SYSTEMATA PSYCHOLOGICA.

§. 761.

SYSTEMATA PSYCHOLOGICA sunt sententiae, quae videntur ad explicandum animae et corporis in homine commercium aptae. Ergo systemata psychologica sunt systemata particularia, §. 462. vel

simplicia, vel composita, §. 457. Illorum nullum possibile, praeter systema harmoniae praestabilitae, influxus physici, et causarum occasionalium forsitan psychologicum, §. 458.

§. 762.

Posito vno ex systematibus generalibus simplicibus, ponitur etiam vnum ex psychologicis simplicibus, §. 463, 457. Ergo demonstrata harmonia praestabilita vniuersali §. 463, demonstrata simul est harmonia praestabilita psychologica. Posito tamen vno ex systematis psychologicis simplicibus non necesse o vnum aut simillimum ex generalibus ponendum est, §. 761, 457.

§. 763.

Si anima et corpus humanum possunt per harmoniam praestabilitam in arctissimo esse commercio, connectuntur etiam per harmoniam praestabilitam in mundo optimo, §. 461, ita, vt influxus physicus aut systema caussarum occasionalium non admittenda sint, nisi vbi impossibile per harmoniam praestabilitam commercium, §. 462.

§. 764.

Systema influxus physici psychologicum, quia simplex est, ponit omnes omnium animarum corporumque humanorum mutationes harmonicas contingere per influxum physicum, §. 457. Ergo si vel vni-

ca mutatio vnius animae vel corporis humani harmonica, probari poteſt poſſibilis per harmoniam praeſtabilitam in mundo optimo: ſyſtema influxus phyſici in mundo optimo locum habere amplius defendi nequit. §. 762. Syſtema harmoniae praeſtabilitae phychologicum, quia ſimplex eſt, ponit omnes omnium animarum corporumque humanorum mutationes harmonicas contingere per harmoniam praeſtabilitam, easdem per ſolam vim infinitam contingere ponit ob eandem rationem ſyſtema cauſſarum occaſionalium pſychologicum, 457. Ergo ſi vel vna vnius animae vel corporis humani mutatio harmonica impoſſibilis eſſet in optimo mundo per harmoniam praeſtabilitam: ſyſtema eius pſychologicum locum habere in mundo optimo, amplius defendi non poſſet. Si vel vna vnius animae vel corporis humani mutatio harmonica per harmoniam praeſtabilitam aut influxum phyſicum poſſibilis eſt in mundo optimo: nec ſyſtema cauſſarum occaſionalium amplius locum habere in mundo optimo defendi poteſt. §. 762, 460. Syſtema influxus phyſici pſychologicum non magis, quam ſyſtema harmoniae praeſtabilitae et cauſſarum occaſionalium, patet per experientiam, §. 737, 738.

§. 764.

§. 764.

Systema influxus physici psychologicum ponit animam humanam in corpus suum, corpus humanum in animam suam in mutationibus harmonicis influere realiter, §. 761, 450. Hinc per systema influxus physici psychologicum 1) in nullis mutationibus harmonicis, in corpore humano contingentibus, corpus agit vi propria, §. 212. Iam vero omnes mutationes corporis humani, vt partis mundi, quem anima repraesentat, possunt ex vi animae sufficienter cognosci, §. 354, 751. Ergo omnes sunt harmonicae, §. 448, et in nullis suis mutationibus corpus agit, secundum systema influxus physici psychologicum, vi propria, in omnibus realiter patiens ab anima. Si nunquam agit corpus, nec reagit, §. 213. Ergo per systema influxus physici est in mundo actio transiens animae in corpus humanum sine reactione, quotiescunque anima in corpus suum agit, quod vel semel fieret contra, §. 410.

§. 765.

Per systema influxus physici psychologicum ponitur 2) corpus humanum in animam suam influere realiter, quotiescunque contingit in anima humana mutatio, quae ex vi corporis sufficienter cognosci potest.

est, §. 764, 448. Ergo in mutationibus harmonicis, in anima obuiis, per systema influxus physici psychologicum, realiter influit corpus, quod tamen in nullis suis mutationibus vnquam agere per idem systema ponendum est, §. 764. Per systema influxus physici sentiendo anima prorsus non agit, §. 212, quum tamen vi sua propria sibi repraesenter statum mundi praesentem non minus, quam reliquos §. 751.

§. 766.

Corpus humanum constat elementis, §. 420, monadibus, repraesentantibus mundum suum, ex quibus singulis singulae eius partes cognosci possunt, §. 400, hinc et singulae mutationes animae, partes mundi, §. 354. Ergo omnis actio animae est mutatio harmonica, §. 448, 22. Iam omnis animae volitio et nolitio est actio eius, §. 210, 690. Ergo omnis animae humanae volitio et nolitio est mutatio harmonica eiusdem. Iam per systema influxus physici psychologicum anima humana in mutationibus suis harmonicis nullis agit vi propria, sed realiter patitur a corpore. Ergo per systema influxus physici anima in omnibus suis volitionibus nolitionibusque, nil quicquam agens, patitur a corpore, quod contra libertatem, §. 755.

§. 767.

§. 767.

Per ſyſtema cauſſarum occaſionalium pſychologicum 1) corpus humanum non agit in vllis ſuis mutationibus harmonicis, ſed ens infinitum, §. 761, 452. vnde eodem modo, quo §. 764. oſtendebatur, patet, per ſyſtema aſſiſtentiae corpus in nullis ſuis mutationibus agere, ſed ſolum ens infinitum. 2) Per idem ſyſtema anima humana non agit in mutationibus ſuis harmonicis, ſed ens infinitum ſolum, §. 761, 452. vnde eodem modo, quo §. 766. oſtendebatur, patet, per ſyſtema aſſiſtentiae pſychologicum animam humanam in nullis volitionibus nolitionibusque ſuis quicquam agere, et tantum realiter pati in iis ab ente infinito, quod itidem contra libertatem, §. 755.

§. 768.

Per ſyſtema harmoniae praeſtabilitatis pſychologicum vtraque pars commercii in ſe occurentes mutationes harmonicas actuat vi propria ab altera parte idealiter patiens, §. 761, 447. hinc per ſyſtema harmoniae praeſtabilitae pſychologicum pronuntur 1) motus arbitrarii corporis non minus, quam mere naturales ac vitales, per mechaniſmum ipſius et corporum illud circumdantium ſufficienter determinari, 2) ſenſationes animae per ipſius vim re-

praesentatiuam non minus, quam liberrimas ipsius quasuis cogitationes, determinari sufficienter, §. 758, 433.

§. 769.

Pone harmonistam psychologicum rationem daturum mutationis alicuius harmonicae in homine, eamque petentem 1) ex vi ipsius illius partis commercii, in qua mutatio harmonica obseruatur, 2) ex altera parte commercii, quam ipse supponit idealiter influere, 3) ex vi infinita, quam statuit concurrere, pone, inquam, eum falli, certissime veram rationem dedit, §. 448, 450; falsam licet per hypothesin addiderit. Pone in eodem casu influxionistam aut occasionalistam falli, magnam ille verae rationis partem non praeteriit solum, sed et negauit, §. 450, 452.

SECTIO III.

ORIGO ANIMAE HVMANAE.

§. 770.

Dum homo concipitur, anima in arctissimo commercio futura cum eius corpore, quale in his terris hominibus est, aut iam praeexstitit, aut in ipsa conceptione, aut paullo post eam exsistere demum incipit. Qui primum ponit, PRAEEXSISTENTIANVS * vocatur.

* ein Freund des Vorherdaseyns.

§. 771.

§. 771.

In ipsa conceptione, aut paullo post eam, incipere demum exsistentiam animae humanae qui ponunt, aut eam ex parentibus oriri volunt et TRADVCIANI * vocantur, aut eam admittunt tunc primum exsistentem ex nihilo, et dicuntur INDVCIANI ** (infusiani, coexsistentiani.)

* ein Freund des Ursprungs durch den Uebergang. ** ein Freund der augenblicklichen Schöpfung.

§. 772.

Qui animam humanam ponit actuatam ex nihilo, CREATIANVS * appellatur. Hinc inducianus est creatianus, §. 771. Praeexsistentianus potest esse creatianus, §. 770. Traducianus non est creatianus, et v. v. §. 771. Traduciani siue ex parentum anima, vt flammulam ex flammula, siue ex eorundem corpore, deriuent oriundam animam; aut oriri animam nouam admittere dicuntur ex parte parentum simplici, aut ex composita, §. 224. Si prius: anima non oritur, sed praeexstitit; §. 227. si posterius: anima noua non erit monas, sed compositum stricte dictum, §. 225. quod contra, §. 756, 757. Anima non potest oriri, nisi ex nihilo, §. 745. Ergo non oritur ex parentibus. §. 228.

* ein Freund der unmittelbahren Schöpfung.

§. 773.

§. 773.

PROPAGATIO ANIMARVM HVMANARVM PER TRADVCEM * ſi dicatur vnitio aliarum aliarumque ſemper animarum humanarum cum corpore, quale in his terris hominibus eſt, per continuam parentum ſobolisque ſucceſſionem in mundo, qua genus humanum, quale in his terris eſt, ita propagetur, vt animae cum corporibus prolis tranſeant et traducantur ex corporibus parentum in ſua loca propria, magis ſeorſim vbi habitent, poteſt concipi :) vt ortum animae ſimul inuoluat, i. e. vt anima interueniente conceptionis actu cum corpore, quale in his terris homini eſt, in arctiſſimum ventura commercium ſimul ſtatuatur oriri, idque iterum vel ex parentibus, de quo §. 772, vel a parentibus, ſumendo deum poſſe determinatam vim animae humanae indere, qua non niſi ſuae ſpeciei aliqua indiuidua poſſit ex nihilo producere, concurrente ipſius vi creatrice realitates plurimas in anima oriunda praeſtante, non niſi limitatis admodum aliquibus realitatibus ab anima parentum proficiſcentibus. Hanc ſententiam ponens dici poteſt CONCREATIANVS. **

* die Fortpflantzung menſchlicher Seelen durch den Uebergang. ** ein Freund der mitgetheilten Schöpfers-Kraft.

§. 773.

Propagatio animarum humanarum per traducem potest concipi, 2) vt ortum animae non inuoluat, sed praeexsistens animam statuatur iam exstitisse ante interuenientem conceptionis actum in arctissimo commercio cum parte seminis, aut accuratius animalculo spermatico, et sic retro, per plures generationes, sensim aucta et euoluta, ipsius animae vi repraesentatiua, prout paullatim propius propiusque transformationi suae magnae et incrementis factum est corpus animalculi spermatici electi, quod in maius theatrum produret.

Vid. p. 320

§. 774.

Ortus animae et propagatio animae per traducem possunt distingui, §. 773, 771. Ortum etiam animae per traducem qui ponunt ex parentibus, distingui possunt ab iis, qui eundem ponunt a parentibus generandum §. 773, 772. Ergo non omnis traducem quomodocunque intellectum admittens, materialismi psychologici reus est. §. 772, 767.

SECTIO IIII.

IMMORTALITAS ANIMAE HVMANAE.

Quam diu vel vnica minima mutatio entis naturalis, vel generatim vnicum minimum accidens enti, naturaliter inhaerens, durat eius natura, §. 430, 26, et ens vnius. Quod si omnes mutationes entis naturales, vel generatim omnia ipsi naturaliter inhaerentia accidentia finiuntur, cessant, finitur eius natura, §. 462, 23, et ens moritur, §. 430. Ergo FINIS CORPORIS HVMANI, s. duratio naturae eius, qua pollet, vt corpus humanum, continuatur, superstite vel vnico minimo motu vitali vel arbitrario, ipsi, qua corpus humanum est, naturali, §. 733, 740. MORS CORPORIS HVMANI, s. finis eius naturae, qua pollet, vt corpus humanum, est omnimoda motuum vitalium et arbitriorum cessatio. Ergo mors definita, §. 556, est mors corporis humani.

* das Leben. ** der Todt des menschlichen Leibes.

Animal quum sit compositum ex anima et corpore, cum quo illa est in arctissimo com-

commercio, §. 740. natura eius est composita ex natura corporis et animae in commercio arctissimo positorum, §. 430. Hinc, quaedam mutationes harmonicae animae corporisque in arctissimo commercio positorum dum exsistunt, VIVIT ANIMAL. Cessatio omnium actionum harmonicarum animae et corporis in arctissimo commercio positorum, est MORS ANIMALIS. Iam per mortem corporis cessant omnes harmonicae mutationes animae et corporis, morientis in arctissimo commercio positorum, §. 776, 48. Ergo mors corporis est etiam mors animalis, mors corporis humani mors hominis. §. 740. Ergo mors §. 556. definita est mors hominis, §. 776.

* lebt. ** stirbt das Thier.

MORS ANIMALIS vel ABSOLVTA est, cessatio omnium cum omni corpore animali mutationum animae harmonicarum, vel RESPECTIVA tantum (transformatio et metamorphosis animalis) cessatio mutationum harmonicarum animae cum aliquo certo tantum corpore, quocum in arctissimo fuerat commercio. Mors hominis vel absoluta est vel respectiua tantum i. e. migrante corpore, quale in his terris hominibus esse experimur, aut omne

animae humanae cum aliquo corpore ces-
sat commercium arctissimum, aut venit
cum alio in nouum eiusmodi commer-
cium. §. 776, 777.

* der schlechterdings. ** der nur Verhältniss-weise so genannte Todt des Thieres.

§. 779.

Quum quotidie quaedam partes corporis humani cessent esse cum anima in arctissimo commercio, quaedam in illud veniant, patet, quo sensu dici possit homo quotidie mori, quotidie reuiuiscere. §. 777. Sententia, qua mors hominis nil, nisi transformatio animalis, esse ponitur, vocatur EXSILIVM MORTIS * (absolutae.)

* der aufgehabne Todt.

§. 780.

VITA ANIMAE HVMANAE * s. naturae eius duratio, continuatur dum vel vnicum minimum superstes est accidens ipsi qua est anima humana naturale, §. 776. Iam autem, dum durat anima humana, in eadem est perceptio s. repraesentatio status mundi et sui praeteriti, praesentis et futuri, §. 742, 400, quae pro positu certi corporis possit esse distincta, §. 741. accidens, §. 191, ipsi naturale, §. 758. Ergo anima humana, dum exsistit, viuit. MORS ANIMAE HVMANAE ** s. finis naturae eius est

simul exsistentiae. Iam omnis animae humanae exsistentia, natura, vita est in se contingens, §. 743, 430. Ergo mors animae humanae est in se possibilis, §. 81, 104.

* das Leben. ** der Todt der menschlichen Seele.

§. 781.

MORTALE * est, quod potest mori, et possibilitas moriendi est MORTALITAS.** Quod non potest mori, est IMMORTALE.*** et impossibilitas moriendi est IMMORTALITAS. (*a*) Mortalitas et immortalitas sunt vel absolutae, vel hypotheticae. §. 15, 16. Non absoluta solum, sed et hypothetica satis magna mortalitas corpori humano et homini competit, § 777, 168. animae non nisi absoluta, et hypothetica annihilandae, §. 745, 780. Immortalitas animae non quidem absoluta tribui potest, §. 780, quia tamen sexcentis modis, quibus corpus mori potest, non mori potest indestructibilis, §. 746. admodnm magna ipsi conuenit immortalitas hypothetica. Nulla substantia huius mundi, §. 354, 358. annihilatur, §. 227, 228. Ergo anima humana moriente corpore, quale in his terris homines habent, superstes viuit immortaliter. §. 780, 742. THNETOPSYCHITAE (*b*) animam humanam mori cum corpore ponentes errant.

* sterblich. ** Sterblichkeit. *** unsterblich.

(*a*) Un-

(a) Unsterblichkeit. (b) Freunde des Seelen-Todes.

SECTIO V.

STATVS POST MORTEM.

§. 781.

Anima humana post mortem (corporis et hominis, quales in his terris experimur,) seruat spiritualitatem, libertatem, personalitatem, §. 781, 774. Seruatam memoriam sui intellectualem si dixeris immortalitatem, hoc etiam significari anima humana immortalis est §. 781, 741. Quia vnim, aut perceptiones eius totales per longius tempus non nisi sensitiuae sunt, aut mox intellectuales, nanciscitur. Prius ponentes sunt HYPNOPSYCHITAE, qui negent vnquam animam post mortem huius corporis intelligere. PSYCHOPANNYCHITAE** sunt. Anima humana ante mortem non nihil clare distincteue cognouerat. §. 754. Haec realitas, §. 520, nunquam omnino sterilis, §. 517, qua realitas est, non, nisi realitates, habet in indefinitum consectaria, §. 140, et est in indefinitum in vniuersali nexu cum animae spiritualitate, intellectu, ratione, denuo realitatibus, §. 531, 749. quae non, nisi realitates, habent, qua tales, consectaria in indefinitum, §. 23, 140. Hinc nexus inter cognitionem huius vitae claram

claram distinctamque et spiritualitatem, intellectum, rationem animae, est denuo realitas consectaria realia habens in indefinitum, §. 140. Naturalia autem horum omnium consectaria realia non possunt in indefinitum augeri, §. 33. 161. citra perceptiones distinctas, §. 631. ratiocinia, §. 642, volititiones, nolitionesue, §. 665, 690. Hinc anima humana post mortem seruans suam naturam, §. 780, 781. naturaliter, tandem saltim, vitam etiam intellectualem actionibus spiritualibus exserit, §. 369. errant psychopannychitae.

* Vertheidiger des Seelen-Schlafes. ** der ewigen Nacht.

§. 783.

Anima humana post mortem intelligens, aut personalitatem etiam in tantum exserit, vt distincte recorderur status sui in hac vita, aut minus, §. 782. Posterius ponentes dici possunt PATRONI LETHAEI POCVLI. * Prius est naturalius, §. 583. 561.

* Freunde des Bechers der Vergessenheit.

Status animae humanae post mortem intelligentis potest considerari, 1) posita hominis morte absoluta, §. 778. Tunc ponitur anima humana post mortem omni corpore de-

stitura, seu nullum corpus esse, cum quo in arctissimo denuo venerit commercium, §. 742, 740. 2) posita morte hominis respectiua tantum, vt cum nouo corpore in arctissimum iterum missae commercium, §. 778. Initium noui cum nouo corpore commercii arctissimi, PALINGENESIA** (regeneratio, metensomatosis et metempsychosis latius sumta) dicitur. Hanc ponentes vel simul lethaeo patrocinantur poculo, nouumque corpus ponunt, qualia in his terris nota sunt, vel neutrum ex his cum illa ponunt. Priores defendunt METEMPSYCHOSIN strictus dictam et GRASSAM** improbabiliter, §. 783.

* der Tausch des Leibes gegen einen andern,

** die grobe Seelenwanderung.

Anima humana durans post mortem corporis, quod in his terris habuit, §. 781. singulas adhuc partes huius vniuersi repraesentat, §. 752, 780, ergo et eiusdem corporis, §. 155. Corpora ipsi simultanea in eam agunt, ab eadem patiuntur, ipsa a corporibus sibi simultaneis patitur, in ea influit, §. 408, sed non in duo ex illis aequaliter influit, nec a duobus ex illis aequaliter patitur, §. 272. Ergo vnum corpus est, quocum anima humana post mortem corporis durans in arctissimum venit commercium,

cium, §. 448. 739. Hinc si anima eiusmodi separata dicatur, intelligendum id est respectiue ad corpus, quale hominibus in his esse terris experimur, et mors hominis non est, nisi transformatio animalis, §. 779. et palingenesia, quae tamen cum metempsychosi crassa male confunderetur, §. 784.

§. 786.

Anima humana post mortem corporis huius durans est cum alio in arctissimo commercio, § 785. Nouum illud corpus in diuersis suis statibus huic corpori, nunc minus, nunc magis erit congruens, §. 270. 265. Ergo aliquis ipsius status erit, in quo corpori, quod in hac vita fuerat in arctissimo cum anima commercio, congruentissimum erit, §. 161, hinc idem, §. 70.

§. 787.

Sicut perfectio spiritus finiti 1) vel absolute necessaria est, vel contingens, §. 147. 2) vel naturalis, vel supernaturalis, §. 496. 3) vel interna, vel externa, § 98. 4) vel moralis late dicta, vel minus, §. 723: ita et bona spiritui, quibus illa positis ponitur, §. 100. sunt 1) vel metaphysica, vel contingentia, §. 147. 2) vel naturalia, vel supernaturalia, §. 469. 3) vel domestica, vel aduentitia, §. 660. 4) vel moralia late dicta, vel minus talia, §. 723. Moralia la-

te dicta spiritui dato cum eius libertate propius connectuntur, vel vt rationes, §. 14, a priori, §. 24. et vt antecedentia certi eiusdem status, vel vt rationata, §. 14. a posteriori, §. 24. et vt consectaria certi eiusdem status, §. 596. vel vtrinque, §. 24. Quae pendent a data libertate propius, STRICTE MORALIA * dicuntur et non nunquam simpliciter. Hinc BONA spiritui propius ex eius libertate pendentia sunt STRICTE MORALIA, ** et perfectio his positis ponenda BEATITVDO. *** Complexus perfectionum spiritui conuenientium est FELICITAS (*a*) Complementum beatitudinis ad felicitatem finiti spiritus est PROSPERITAS, (*b*) et bona, quibus positis ponitur, sunt PROSPERA (*c*) (physica stricte dicta.) Felicitas spiritus finiti est complexus prosperitatis et beatitudinis.

* sittlich in engerer Bedeutung. ** sittliche Güther in engrer Bedeutung. *** Seeligkeit. (*a*) Glückseligkeit. (*b*) gutes Glück, Wohlfahrt. (*c*) Glücks-Güther.

§. 788.

MALA spiritus ab eius libertate propius pendentia sunt STRICTE MORALIA, * §. 787. (mala culpae, peccata), MALA LATE MORALIA ** spiritui sunt cum eius libertate propius connexa. Imperfectio ex his est CORRVPTIO MORALIS LATE, *** ex il-

lis STRICTE DICTA. (*a*) Complexus imperfectionum ſpritui conuenientium eſt INFELICITAS. (*b*) Complementum corruptionis ſtricte moralis ad infelicitatem ſpiriti ſpiritus eſt MISERIA, (*c*) et mala, quibus poſitis ponitur, ſunt DAMNA LATE DICTA (*d*) (mala phyſica ſtricte dicta). Infelicitas eſt complexus miſeriae corruptionisque moralis.

* das ſittlich böſe in engrer ** in weitrer Bedeutung. *** das ſittliche Verderben in weiter. (*a*) in engerer Bedeutung, oder Unſeligkeit. (*b*) Unglükſeligkeit. (*c*) Elend. (*d*) Wiederwärtigkeiten, Leiden, ein ſchmerzendes Uebel.

§. 789.

Anima humana in HAC VITA, * i. e. dum viuit in commercio arctiſſimo cum corpore, quale hominibus in his terris eſſe experimur, mutatur continuo, §. 418, 754. Harum mutationum nulla eſt obiectiue indifferens abſolute, §. 654. Omnes ergo vel bonae vel malae ſunt, vel vtrumque. Quae mutationes animae bonae malaeque ſimul ſunt, vti ſunt omnes, §. 264. eae vel bonae malaeque ſimul ſunt aequaliter, vel inaequaliter. §. 70. Magis bonae, quam malae plus ponunt felicitatis, quam infelicitatis, magis malae, quam bonae plus ponunt infelicitatis, quam felicitatis, adeoque a potiori

tiori denominandae priores bonae, poſteriores malae ſunt, §. 787, 788.

* in dieſem Leben, §. 786.

Pone rem tantum totaliter malam, quantum eſt bona; non haberet ea ſummum realitatis gradum, §. 246, 248. Ergo eſſet ens finitum, 248, hinc contingens, §. 257. adeoque oppoſitum eius eſſet poſſibile, §. 101, quumque ipſius exiſtentia eſſet contingens, §. 599. oppoſiti eius exiſtentia eſſet poſſibilis, §. 101. At oppoſitum rei eiusmodi non poſſet, niſi extra eam, exiſtere, § 81, 7. et eſſet bonum et malum ipſi rei poſitae totaliter aequale, §. 81, 267. Ergo poſſibilia forent duo extra ſe inuicem actualia totaliter aequalia, quod contra, §. 272. Ergo res, quae tantum totaliter bona eſſet, quantum mala, non poteſt exiſtere. Ergo nec dantur mutationes animae humanae, niſi vel bonae vel malae. Ergo omnis anima humana in hac vita vel felix eſt, vel infelix, §. 789.

Anima humana durans poſt mortem corporis continuo mutari pergit, §. 784, 782. Ergo quouis durationis ipſius momento augetur eiusdem felicitas, vel infelicitas, §. 790, 162. Ergo ANIMA humana

na durans post mortem corporis, aut maiori fruetur, quam in hac vita, felicitate, et est BEATA,* aut maiori laborabit infelicitate, et est DAMNATA.** Beatitudo, quam anima post hanc vitam semel ingressa ponitur, aut coexsistet animae, dum durat, aut succedet eidem aliquando damnatio. Damnatio, quam anima post hanc vitam semel ingressa ponitur aut coexsistet animae, dum durat, aut succedet eidem aliquando beatitudo. §. 790, 789. Prius in vtroque casu naturalius est. §. 139, 140.

* eine seelige. ** verdammte Seele.

SECTIO VI.

ANIMAE BRVTORVM.

§. 792.

Omnis anima quum sit id in ente, quod sibi alicuius esse potest conscium, §. 504, habet facultatem cognoscitiuam, §. 519, eamque vel inferiorem tantum, vel etiam superiorem, §. 520, 524. Prior erit ANIMA MERE SENSITIVA.* Animal, quod animam habet mere sensitiuam,** BRVTVM est, cuius anima spiritus est, est ANIMAL RATIONALE.*** Ergo homo est animal rationale, §. 754, 740.

* eine blos sinnliche Seele. ** das Vieh.
*** ein vernünftiges Thier.

§. 793.

mali in arctissimo commercio, §. 740, hinc
corpus suum clare obscureque repraesen-
tant, §. 792, 736. Ergo sunt vires reprae-
sentatiuae vniuersi, pro politu corporis
brutorum in eodem, §. 741, hinc sub stan-
tiae, §. 198, monades, §. 234, entia sim-
plicia, §. 239, non habent partes extra
partes, §. 224. finitae, §. 292, 792, indi-
uisibiles, §. 244, hinc physice incorruptibi-
les, §. 746 immateriales et incorporeae, §.
422, sensatione, imaginatione, praeuisio-
ne, et reliquis sine distincta cognitione actu-
alis, per vim repraesentatiuam vniuersi
pro politu corporis facultatibus instructae,
§. 792, hinc appetitu et auersatione sensi-
tiuis, §. 667, et arbitrio, §. 718, instincti-
bus, fugis et tractibus impellendae, §. 677
etiam ad affectus, §. 678.

§. 793. Animae brutorum sunt cum corpore ani-

Cum quaestionibus: *an bruta habeant animam, an rationalem*, facilioribus, §. 792, 793. ne confundantur: 1) an omnia in his terris phaenomena, praeter humanum, corpora destituantur anima, §. 504. 2) an quaedam eorum sint sedes animae rationalis, §. 745. 3) an omnia, quae sunt corpora animalia, vel iam nunc aliquo ratio-

mis vtu gaudentis, vel tandem gaudurae. §. 782, 939.

Animae brutorum destituuntur intellectu, §. 762. Ergo non sunt spiritus, §. 402, carent personalitate §. 641. ratione §. 640, voluntate, nolutate, §. 496, et libertate, 719, nec sunt immortales, vt animae humanae, §. 781-784. nec felicitatis nec infelicitatis aut nunc, aut olim capaces, §. 787, 788.

SECTIO VII.

FINITI SPIRITVS, EXTRA HOMINEM.

§. 796.

SPIRITVS maiori intellectus gradu essentiali praediti, quam qui est hominis, sunt SVPERIORES * minori, INFERIORES. ** Sunt vtrique finiti, vel felices, vel infelices, §. 790. illi AGATHODAEMONES, *** (calodaemones), hi CACODAEMONES. ****

* höhere. ** niedrigere. *** guthe. **** böse Geister.

§. 797.

Omnis spiritus finitus, siue superior fuerit homine, siue inferior, actualis habet.

bet corpus, quo cum est in arctissimo commercio, §. 785, 796. vel ad certum extra se centrum constanter grauitans, vel minus. Prior est incola certi corporis in vniuerso totalis, eiusque vel fixi, vel vagi, e. c.

Quemcunque spiritus superior finitus habuerit gradum intellectus, non tamen habet maximum, §. 248. hinc non omnia distinctissime repraesentat, §. 637. sed ita, vt ex corpore eius cognosci potest, cur haec, non alia, purius, profundius, distinctius, confuse, obscure repraesentet, §. 797, 512. Ergo spiritus finitus omnis habet facultatem cognoscitiuam inferiorem, §. 520.

Nullus finitus spiritus siue superior homine fuerit, siue inferior, potest physice corrumpi, §. 746; hinc dissoluto vel maxime aliquo ex ipsius corporibus, tamen superstes erit, nisi annihiletur, §. 745, dum durat, seruat personalitatem, crescente potius, quam decrescente, aut omnino cessante intellectus, rationis, libertatis vsu §. 782, et naturalius ipsi est, praeteriti status sui distincte meminisse, quam lethaeum poculum, §. 783. Ergo omnis spiritus finitus est natura sua, i. e. per vim ipsius re-

FIN. SPIR. EXTR. HOMIN. 329

praesentatiuam vniuersi §. 782. immorta-
lis, vt anima humana §. 784. 783. natura-
lius in Beatitudine vel damnatione, quam
semel ingressus est §. 787. 791. dum durat
perdurans, quam vt semel infigniter bea-
tus damnetur, aut v. v. §. 791.

PARS III.

THEOLOGIA NATVRALIS.

PROLEGOMENA.

§. 800.

THEOLOGIA NATVRALIS est scien-
tia dei quatenus sine fide cognosci
potest.

§. 801.

Theologia naturalis prima philosophiae
practicae, teleologiae et theologiae rede-
catae principia continet. Ergo refertur, §. 7
cum ratione ad metaphysicam, §. 1. 2

§. 802.

Theologia naturalis 1) conceptum dei
2) operationes eius considerat.

CAPVT

PARS III. CLASSIS I.

CAPVT I.

CONCEPTVS DEI.

SECTIO I.

EXSISTENTIA DEI.

§. 803.

ENS PERFECTISSIMVM *, est, cui summa in entibus est perfectio; i. e. in quo tot, tanta, tantum in tot et tanta consentiunt, quot, quanta, quantum in plurima et maxima possibilium in vllo ente consentire possunt. §. 185. Est ergo in ente perfectissimo quaedam pluralitas absolute necessario, §. 74.

* das vollkommenste.

§. 804.

Praedicata entis perfectissimi dicuntur eius perfectiones. In ente perfectissimo tot sunt perfectiones plurimum consentientes, quot in ente simul esse possunt; quot sunt compossibiles, §. 803.

§. 805.

Omnis entis perfectissimi perfectio tanta est, quanta vllo in ente esse potest, §. 803, 804.

§. 806.

§. 806.

Ens perfectissimum est ens reale. §. 803.

135 Ergo illi conuenit realitas tanta, quanta in ente esse potest. Ens perfectissimum est realissimum §. 805, 894. in quo plurimae maximae realitates, summum bonum et optimum metaphysice, §. 196

§. 807.

Omnes realitates sunt vere possibilia, nec vlla negatio est realitas §. 36. Ergo si vel maxime coniungantur in ente omnes, nunquam ex iis orietur contradictio §. 13. Ergo omnes realitates sunt in ente compossibiles. Iam ens perfectissimum est ens realissimum §. 806. Ergo enti perfectissimo conuenit omnitudo realitatum earumque, quae vllo in ente esse possunt maximarum §. 805, 190.

§. 808.

Posita realitate tollitur negatio §. 36. Iam in ente perfectissimo ponendae realitates omnes §. 807. Ergo tollendae omnes negationes.

§. 809.

In omni impossibili aliquid simul ponendum et tollendum est. §. 13. Id vel negatio vel realitas §. 36. 9. Realitas in ente perfectissimo nulla tollenda est §. 807. Negatio

gatio in ente perfectissimo nulla ponenda est, §. 808. Ergo nihil in ente perfectissimo simul tollendum est, et ponendum.

Ens perfectissimum est possibile, §. 8.

§. 810.

Exsistentia est realitas cum essentia et reliquis realitatibus compossibilis, §. 66, 807.

Ergo ens perfectissimum habet exsistentiam §. 807.

§. 811.

DEVS est ens perfectissimum. Ergo deus actualis est, §. 810, 55.

Gott ist das vollkommenste Wesen.

§. 812.

Dei praedicata perfectiones sunt, §. 804. omnes realitates maximae, §. 807.

Ipsa eius possibilitas est maxima, 1) intrinseca et absoluta, §. 165. dum in eodem plurima maxima sunt compossibilia, §. 807. 2) externa et hypothetica, dum foecundissimae grauissimaeque in eodem ratione in omni mundorum omnium possibilium nexu rationata habent, quae extra deum esse possunt, foecundissima, grauissima, §. 168.

§. 813.

In deo nullae sunt negationes, §. 808, ergo nec negationes strictae dictae, nec priuationes

uationes, 137; nec malum metaphysicum, nec contingens §. 146, nec physicum, nec morale quocumque significatu. §. 788.

§. 814.

In conceptu dei notae non solum totaliter negatiuae impossibiles, §. 525. sed et partialiter tales vere, §. 813, 808. licet nobis multa in ipso maxime realia negatiua esse videantur, §. 12. quia partim negationes affirmatiuis terminis exprimimus, partim negationem negationis affirmare non satis meminimus, §. 36, 81.

§. 815.

PERFECTIONES dei vel sunt in eodem absolutae, vel respectiuae, et in his quaedam relatiuae, §. 37: aut possunt a nobis repraesentari sine actionis nota, QVIESCENTES,* aut non possunt, OPERATIVAE.**

* ruhende. ** wirckſame Vollkommenheiten.

§. 816.

Perfectio dei interna, ex qua reliquae tandem omnes internae possunt ita deduci, vt ipsa postea nequeat a vitaturis circulum ex alia perfectione dei interna deduci, est conceptus dei primus, §. 4[illegible], 39. Iam ex infinitis dei perfectionibus talis reliquarum deductio est possibilis. §. 24, 49. dum quae-

quaelibet est ratio maxima, §. 812, 166. et sufficientissima, §. 169, hinc et vltima simpliciter, §. 170. maxima essentia, §. 171. Ergo infiniti sunt conceptus de deo primi, quorum tamen quilibet pro essentia sumtus est essentia dei vnica, §. 40, 77.

§. 817.

Licet in deo sit nexus maximus, §. 808, 167. et maxime vniuersalis, §. 172, ita vt in eodem ex omnibus omnia verissime, §. 876: tamen ex vna perfectione dei facilius a nobis reliquae eius perfectiones cognoscuntur, quam ex alia, §. 527. Ergo eam pro essentia sumere praestat, ex qua facillime reliquas deducere speramus, §. 816. Tantum abest, vt omnis pluralitas in deo sit impossibilis, vt potius in ipsa eius essentia et per eandem quaedam absolute necessario ponatur pluralitas, §. 812, 816.

§. 818.

Deus praeter essentiam, quamcunque sumseris, §. 817. determinatus est, qua reliquas etiam perfectiones internas, §. 816. tantum, quantum potest quicquam, qua interna, determinari, §. 812. Ergo deus actualis est. §. 54.

§. 819.

Deus, qua exsistentiam, determinatus est,

EXSISTENTIA DEI.

est, §. 818, 811. Ergo deus est ens, §. 61, 57. nec negatiuum, nec priuatiuum non ens, §. 54.

A posse dei ad esse eiusdem valet consequentia i. e. existentia eius per essentiam ipsius sufficienter determinatur, §. 809-811. et quidem maxima, §. 805. complexus plurimarum maximarum affectionum in vllo ente compossibilium, seu maximae essentiae, §. 816. quamcumque limiteris, §. 817. complementum, §. 55. aeternum, §. 320.

Deo conuenit vnitas, §. 819, 73. maxima, §. 812, inseparabilitas plurimarum maximarum realitatem, §. 73. hinc patet 1) quid possit eminenter dici perfecta vnitas. Quae exempli loco esse potest, quomodo et maxime steriles vsiae in de perfectionibus sint tamen eiusdem essentia §. 846. 2) possita summa dei vnitate non tantum non tolli, sed etiam poni quandam inseparabilium in eodem pluralitatem. §. 74.

Deo conuenit veritas transcendentalis §. 819, 90. maxima, §. 812, summus perfectionum ipsius ordo, §. 175, 89. summa possibilitas §. 813, summus nexus §. 817, summa

summa cum fortissimis regulis conuenientia, §. 179, 184. qualis *lex optimi generatim: optimum iungatur optimo*, §. 482, 187. et *optimi in entibus: optimum compossibilium in ente perfectissimo coniungatur optimo*. §. 803.

Deus non actualis esset ens omnibus realitatibus gaudens, cui quaedam tamen deesset, §. 66, 812. determinatus, qua omnes perfectiones internas, quantum ens, qua interna, determinari potest, §. 818, et tamen, qua aliquas, non ita determinatus, §. 54. Ergo oppositum existentiae diuinae est in se impossibile, §. 15. Existentia dei est absolute necessaria, §. 102. Deus est ens necessarium, §. 106. cuius summa existentia, §. 820, est eiusdem essentia, §. 819. salua tamen, §. 817.

Si deus non actualis esset, falsum esset principium contradictionis, §. 823, 7. primum et formae et materiae principium in omnibus demonstrationibus nostris. Ergo licet multae scientiae possint demonstrari complete citra vllam praemissam theologicam, §. 1-800: non tamen essent, aut ipsae, aut earum obiecta, e. g. §. 61, 354, 504. immo ne possibilia quidem essent, §. 8. nisi deus actualis esset.

§. 825.

Deus est ens necessarium, §. 823, 824. In ente necessario non sunt modi, §. 111. Ergo in deo non sunt modi, s. accidentia praedicabilia.

§. 826.

Qui quid IN ENTE NECESSARIO deprehendimus, quod repraesentatis in ente contingenti partialiter simile, partialiter diuersum ab iis est, discrimina tamen non satis intelligimus, nec nomen ipsi peculiare inuenimus: illud dicimus EIVS, QVOD ENTE CONTINGENTI SIMILE notauimus ANALOGON, DEOQUE TRIBVITVR PER ANALOGIAM, si realitates in eius conceptu regnare videntur, per EMINENTIAM* (excellentiam), si negationes, PER REDVCTIONEM** (via negationis).

* in unendlich, ausnehmender. ** in geläuterter Bedeutung.

Qui in ente necessario quaedam deprehendimus, quae hypothetice necessaria esse est absolute necessarium, quatenus, qua hypotheticam necessitatem, modis similiter sunt, §. 108; dicuntur MODORVM ANALOGA, §. 826. quatenus ea in deo existere hypothetice necessaria absolute necessarium est. Per essentiam, §. 823, 54. attributa sunt. §. 107. Hinc attributa diuina possunt diui-

di

di in similiora attributis finitorum, et modis finitorum. Vltima etiam vera sunt attributa, quum ratio sufficiens in essentia dei sit, 1) existentiae eorundem, quatenus contradistinguitur indeterminationi. §. 54. Ens contingens potest esse, qua multa, indeterminatum, §, 34, 134. Ens necessarium, qua nulla, et quidem per essentiam, §. 820. 2) durationis, aeternitatis, et immutabilitatis eorum, quae sunt semel in deo. In contingentibus entibus essentialis limes est ratio sufficiens, cur debeant continuo mutari, dum existunt, interne. In ente necessario essentialis infinitudo est ratio sufficiens oppositi: 3) cur alia loco horum, ab aeterno in aeternum in deo existere potuissent, et hinc 4) cur horum, non aliorum existentia sic, non aliter, determinata sit, non nisi per hypotheticam necessitatem. §. 102.

* das den Zufälligkeiten ähnliche.

§. 828.

SANCTITAS* est realitas entis, qua plures illius imperfectiones vere tales tolluntur, hinc SANCTISSIMVM** est, cuius realitate omnes eius imperfectiones tolluntur. Iam per omnitudinem realitatum maximarum in deo omnes in eodem imperfectiones tolluntur, §. 142, 808. Ergo deus est sanctissimus.

* Heiligkeit. ** das Allerheiligste.

§. 829.

§. 829.

In deo nulla est imperfectio, §. 828. Ergo nec essentialis, nec accidentalis, nec interna, nec externa, §. 121, 88. Idem patet ex §. 813.

§. 830.

In deo est ratio sufficiens, cur ipsi inexsistant ipsius perfectiones, §. 822, 823. Ergo vis stricte dicta, §. 197. Hinc deus est substantia, §. 199.

§. 831.

Deus habet vim, §. 830. maximam, §. 812. Ergo plurimis maximis actuandis accidentibus sufficientem, §. 203.

§. 832.

Accidentia non exsistunt extra suas substantias, §. 194. Ergo vis actuandis plurimis maximis accidentibus sufficiens, sufficit actuandis plurimis substantiis Ergo omnibus, § 191, 247. Vis alicui actuando sufficiens est POTENTIA.* Hinc OMNIPOTENTIA** est vis actuandis omnibus sufficiens. Deus est omnipotens, §. 831.

* Gewalt. ** Allgewaltigkeit.

§. 833.

Absolute impossibilia nihil sunt, §. 7. Ergo qui posset absolute impossibilia, nihil

posset. §. 469. Deus potest omnia, .832. Ergo dei omnipotentia non extenditur ad absolute impossibilia. Impossibile alicui est, ad quod actuandum vires eius non sufficiunt. §. 469. Hoc significatu deo nulla res impossibilis. Omnis res ergo nobis et omni finito impossibilis deo possibilis est. §. 832.

§. 834.

Miracula sunt possibilia, §. 475. Dei vis ad omnia possibilia actuanda sufficit, §. 832. Ergo deus potest patrare miracula rigorosa, 477, 833.

§. 835.

Deus potest actuare omnes mundos possibiles, §. 832. Ergo et optimum, §. 436. et imperfectissimum sine exceptionibus, §. 442.

§. 836.

Deus est substantia, §. 830, nec habet modos, §. 825. Ergo est substantia necessaria, §. 202. nec statum internum habet, §. 306. nec modificabilis est, §. 209. Vnde denuo patet, mundum esse non posse modificationem dei, §. 388.

§. 837.

Ortus et interitus omnis, ortus ex nihilo et annihilatio substantiae necessariae

sunt absolute impossibiles; deus est substantia necessaria, §. 836. Ergo ortus et interitus omnis in deo est absolute impossibilis, §. 227, 228.

§. 838.

Omnis substantia monas est, §. 234. Deus est substantia, §. 830. Ergo monas est, et ens simplex, §. 230. Posita summa dei simplicitate, tollitur quidem eum vlia ratione compositum esse partibus extra partes, §. 224. non autem tollitur diuersitas plurium in deo, §. 817, realissima, §. 807. quia etiam in finitis falsum est, omnia realiter diuersa esse extra se inuicem posita, §. 755.

§. 839.

Deus est ens necessarium, §. 823, 824. Omnis entis necessarii determinationes sunt absolute et interne immutabiles, §. 132. Ergo deus absolute et interne est immutabilis, §. 126, 127. Idem sic patet: si deus absolute et interne mutabilis esset, saltim quaedam eius perfectio interna posset post aliam existere, §. 124. Hinc illius, quae ante eam existere potuisset, posset tolli existentia. Haec est realitas deo interna, §. 37. Ergo quaedam ex realitatibus dei possent separari ab aliis, §. 72. quod contra summam dei vnitatem, §. 821.

§. 840.

Si deus esset compositus, esset extensus, §. 241. ipsique vis inertiae tribuenda esset, §. 832, 294. Hinc esset materia, §. 295. Ergo diuisibilis, §. 427. adeoque interne mutabilis, §. 244, 126. quod contra, §. 839. Ergo deus est ens simplex, §. 224. Quumque sit substantia, §. 830, est monas, §. 230. Denuo patet, errare materialistas vniuersales, §. 395.

§. 841.

In deo non sunt simultanea extra se inuicem posita, partes ipsius, §. 840. hinc nec spatium, §. 239. Ergo deus non est extensus, nec eo significatu spatium replet, quo extensa illud replere dicuntur, §. 241.

§. 842.

Deus non habet magnitudinem quantitatiuam, §. 818, 243. licet sit ens maximum, §. 161. plurimarum maximarum realitatum, §. 807, 812. Denuo patet, deum esse indiuisibilem et absolute quidem, §. 244.

§. 843.

Omnitudo realitum, quae esse possunt, maximarum est gradus realitatis maximus, §. 247, 248. Hic deo enti realissimo conuenit, §. 807, 812. Ergo deus est ens infinitum reale, §. 248. Idem patet ex eo, quod

quod deus ens neceſſarium, §. 823, 258.

§. 844.

Omnes dei perfectiones habent gradum realitatis ſuae, quem in ente habere poſſunt, maximum, §. 812. Hinc et ipſae omnes ſunt infinitae, §. 248. Ad ſummam cuiusuis harum perfectionum realitatem pertinet conſenſus in ente perfectiſſimo, §. 139, 140. Ergo in quo vna infinita realitas, in eo omnes, in quo omnes in eo ſummae, §. 843. Ergo in quo vna infinita realitas, in eo omnes, in quo omnes in eo ſummae, §. 843. Ergo in quo eſt vna realitas infinita, deus eſt, §. 811. Hinc colligi poteſt, qua ratione plures perfectiones dei poſſint, nunc hae, nunc illae, ceu conceptus primi, ſumi, §. 816, et cur nequeat extra deum aeque potens, ac ipſe, auctor mali admitti. MANICHAEISMVS eſt ſententia aeque potentem deo auctorem mali ponens exiſtere, et error eſt.

§. 845.

Deus eſt actu, quicquid eſſe poteſt, qua perfectiones internas, §. 843, 259. Denuo patet, deum eſſe interne immutabilem, §. 252, et ens neceſſarium, modo caueatur circulus, §. 843, 256.

§. 846.

Plures dii sunt impossibiles. Dum enim essent plures partim essent diuersi, §. 74, hinc esset in vno, quod non esset in altero, §. 38. Hoc aut esset realitas, aut negatio, §. 36. Si realitas esset, ille, cui deesset, non foret deus, §. 807. Si negatio esset, ille, cui inesset, non foret deus, §. 808. Si poneretur vna realitas esse in vno, sed alia aequipollens in alio, in neutro esset omnitudo realitatum, hinc neuter esset deus, §. 807. Quum ergo deus, quem hucusque meditati sumus, §. 811 845. ita sit summe vnum omnium realitatum maximarum absolute inseparabilium, §. 821, vt aliud vnum alterumue ab hoc diuersum, non sit, nec esse possit, quod deum esse necessarium esse, hucusque vidimus, §. 811-845. deus, quem hucusque meditati sumus, deus est vnicus, §. 77. POLYTHEISMVS* est sententia plures deos ponens, et error est Nos potius vere in deo summam vnicitatem veneramur, qua ens maximum §. 842. ab omnibus, etiam maximis in suo genere, e. g. natura mundi optimi vniuersa, et spiritu finitorum maximo, per plurimas maximas differentias, §. 844, distinguitur, §. 173. Haec differentia maxima extenditur ad ipsas relationes ita, vt talis et tanta relatio inter rem, quae deus hucusque consideratus non est, et tertiam interce-

tercedere nequeat, qualis et quanta inter hunc deum, et datam rem tertiam, §. 812, 817. Hac ſumma vnicitate dei tollitur quidem aequalitas vllius rei, quae non eſt deus, etiam ſi alias maxima, cum eodem, et ſimilitudo non ſolum paene totalis, ſed etiam tollens infinitam diſſimilitudinem inter deum et alia omnia ponendam, §. 844. non vero tollitur pluralitas maximorum intra deum et horum ſumme eorundem infinita ſimul differentia reſpectiua, §. 37, 174. ſed potius ponitur in infinitis characteribus, deum a rebus omnibus quid diſtinguat, §. 67.

* die Vielgötterey.

§. 847.

Denuo patet dei ſimplicitas. Si enim deus compoſitus foret, eius partes eſſent ſubſtantiae extra ſe poſitae, §. 225, 282. Harum vnica tantum eſſet ſubſtantia infinita, §. 846. Ergo reliquae finitae, §. 77, 248. Hinc in deo ponendae eſſent quaedam imperfectiones abſolute neceſſariae, §. 250, 155. Quod contra, §. 828.

§. 848.

Deus non habet figuram, §. 280, 847. ANTHROPOMORPHISMVS CRASSIOR eſt error deo figuram e. g. humanam tribuentium, SVBTILIOR eſt error, qui deo

imperfectiones rerum finitarum e. g. hominum tribuit, §. 828.

§. 849.

In deo non ſunt ſucceſſiua, §. 839, 124. Ergo nec eſt in deo tempus, §. 239. Non eſt in tempore ita, vt partem ſucceſſiuorum conſtituat, §. 124, 837. Dumque ortus et interitus ipſi ſunt abſolute impoſſibiles, §. 837. habet durationem, §. 299. maximam, §. 812. ſolam realiter infinitam, §. 844, 846 hinc aeternus eſt, §. 302. et omni tempori coexſiſtens ſempiternus, § 303, fuit, eſt, erit, §. 298. Deus exiſtit.

§. 850.

Si ponatur ens contingens aeternum, aeternitas eius multum ab aeternitate dei differt. §. 67 1) Duratio eius continuis modificationum ſucceſſionibus eſt obnoxia, §. 209, 836. 2) aeternitas eius non habet quidem fines protenſionis, at ideo tamen nondum realiter infinita dici poteſt, §. 259, 849. 3) aeternitas eius eſſet tempus ſine initio et fine, vnde poſſet infinitum dici, at mathematice, non ideo realiter, §. 248, 849. quia, ens ſucceſſiuum, §. 238, nunquam eſt actu, quicquid eſſe poteſt, qua determinationes internas, §. 259.

§. 851.

Deus eſt ens neceſſarium, §. 823, 824. et infini-

infinitum, §. 843. Hinc est ens a se et independens, §. 310. Exsistit §. 849, ita, vt non sit caussatum extra ipsum positi alterius, caussa effectuum suorum simpliciter talis, §. 318. Omnes dei perfectiones sunt realiter infinita, §. 844, hinc nulla perfectio dei est caussatum extra deum positi, nec esse potest, § 381, 248, 310. At passio esset praedicatum dei, quod esset caussatum alicuius exra deum positi, §. 210. Ergo deus est omnino impassibilis, a nulla re extra se posita patitur, nec idealiter, nec realiter, §. 212, nec quicquam extra eum positum in eum agit, §. 210, ergo nec reagit, §. 213. omnis dei actio in vniuersum est sine reactione, tam ideali, quam reali. §. 212.

§. 852.

IMAGINES* sunt 1) signa figurae alterius. Iam deus non habet figuram. §. 848. Ergo imagines dei hoc significatu sunt impossibiles §. 347.) 2) alteri in notabili gradu similia. Quum omne ens deo in aliquo gradu sit simile, §.265, omne perfectius ens erit imago dei, §.70, 811, quoque erit perfectius, hoc erit deo similius, hoc ergo maior imago dei, §. 265, 160.

* Bilder und Gleichnisse.

§. 853.

Mundus est totum actualium finitorum,

§. 354.

§. 354. Deus non est totum actualium finitorum, § 844. Ergo deus non est mundus: nec hic, nec vllus mundus deus est. Idem patet ex § 361, 823, ex §. 365, 839. ex 370, 837. ex §. 388, 843.

§. 854.

Hic mundus habet caussam efficientem extramundanam, §. 375, 388, eamque substantiam necessariam, §. 381, 319. Ergo substantia necessaria est possibilis, §. 333, 69. Si substantia necessaria est possibilis, est actualis, §. 109, et sempiterna, §. 302. Ergo substantia necessaria, existit. Deus est substantia necessaria, §. 836. Ergo deus existit.

§. 855.

Deus est ens extramundanum, §. 843, 388. mundusque nec essentiale, nec essentia, nec attributum, nec modus, nec modificatio, nec accidens dei, §. 843. Deus non est substantia vnica, §. 391. SPINOZISMVS THEOLOGICVS est sententia tollens deum ens extramundanum, et error est.

§. 856.

Sicut existentiam dei, §. 811. probat a priori, sic §. 854. eandem sistit euictam a posteriori, uterque independenter a propositionibus, quas egoismus. §. 392, idealismus, §. 402, et materialismus tollunt, §. 391.

391. Ergo conuincendis de exiſtentia dei egoiſtis, idealiſtis, materialiſtis, etiam qua talibus, adhiberi poſſunt.

§. 857.

Deus non eſt materia, §. 295, 841. ergo eſt immaterialis, §. 422. Deus non eſt corpus, §. 296. Ergo eſt incorporeus, §. 422. Ergo eſt incorruptibilis phyſice, § 746. Idem patet ex §. 837.

§. 858.

Mundus perfectiſſimus eſt in finitis imago dei maxima, §. 436, 852, in mundo ſubſtantiae, §. 400, 857, in ſubſtantiis ſpiritus, §. 402, 531. in ſpiritibus intellectu maximo gaudentes, §. 637. et in intellectu maximo gaudentibus feliciſſimi, §. 787, a malo quocunque, praeſertim morali, remotiſſimi, §. 788, 813, ſanctiſſimi, §. 828.

§. 859.

Natura dei (naturans cf. 466.) eſt complexus perfectionum ipſius internarnm, §. 430, quibus eſt cauſſa effectuum ſuorum ſimpliciter talis et impaſſibilis, §. 851. Ergo quicquid eſt abſolute poſſibile, deo eſt phyſice poſſibile, §. 833. nihilque deo phyſice impoſſibile, quod non eſſet in ſe impoſſibile §. 469, 833. vnde deo nihil phyſice neceſſarium, quod non ſimul abſo-

absolute necessarium foret, absolute contingentia sunt etiam deo physice contingentia, §. 469, 104, non praeternaturales solum omnes, sed et supernaturales euentus mundi. §. 474, 475.

§. 860.

Si naturalista significatu generaliori supernaturales euentus in hoc mundo negat omnes, ob negatam eorundem hypotheticam possibilitatem, errat. Quum enim miracula etiam in nexu cum deo extra eadem ponendo, §. 855, 474. sint possibilia, §. 834, habent etiam possibilitatem extrinsecam. §. 16, 859.

§. 861.

Gradui realitatis in deo, et omnibus eius perfectionibus homogeneus est impossibilis, §. 843, 844. dum deo et omnibus eius perfectionibus vnicitas conuenit, §. 846, 844. Ex quantitate itaque homogenea pro vna assumta non potest gradus realitatis in deo et omnibus eius perfectionibus obuius intelligi. Ergo nec deum, nec vllam eius perfectionem possumus metiri, §. 291. Quod metiri non possumus, IMMENSVM * est. Ergo deus et omnes eius perfectiones sunt immensa. Quam immensitatem et hinc intelligimus, quia mensus tot claras perceptiones habeat oportet,

tet, quot partes, gradus, vel varia, ſunt in eo, quod vere metitur. Hinc deum vere menſus aut quicquam deo interni deberet habere claras perceptiones realiter infinitas, quae non cadunt in vllum intellectum finitum, §. 844.

* unermeſslich.

§. 862.

Deus eſt in ſe conceptibilis, §. 632, 809. et homini, §. 804-1000. et multis modis recte, immo realiter, definiri poteſt, §. 816. COMPREHENSIBILE * dicitur, cuius poſſibilis eſt PLENA COGNITIO ** i. e. omnem ignorantiam excludens, hinc hiſtorica, philoſophica, mathematica completa. INCOMPREHENSIBILE ALICVI *** eſt, ad cuius plenam cognitionem acquirendam vires illius non ſufficiunt, et quo magis huic ab illius cognitione plena abeſſe neceſſarium eſt, hoc ipſi datum eſt incomprehenſibilius. Quo quid maius eſt, hoc difficilior vel impoſſibilior eius eſt cognoscenti finito comprehenſio. §. 160, 527. hinc maximum finitis omnibus maxime incomprehenſibile eſt. §. 261. DEISMVS eſt ſententia nihil paene de deo conceptibile eſſe ponens, niſi eius forſan exſiſtentiam, et error eſt, licet deus et omnia in eo nobis, et finitis omnibus

maxi-

maxime sint incomprehensibilia, §. 861, 806 faßlich, ergründlich, erforschlich, erschöpflich. völlige, gantzliche Kentniß einem unfaßlich, unergründlich, unerforschlich, unerschöpflich.

SECTIO II.
INTELLECTUS DEI.

§. 863.

Distincta cognitio est realitas, §. 531. In deo sunt omnes realitates, §. 827. Ergo deus distincte cognoscit. Ergo habet intellectum, est substantia intellectualis, §. 830. Spiritus, §. 402.

§. 864.

In deo sunt omnes realitates maximae, §. 812. Quo plura, quo distinctius cognoscuntur, hoc distincta cognitio maior est, §. 634. Ergo distinctissima erit cognitio distincta omnium, §. 161. Iam omnium distincta cognitio est possibilis, §. 632. Ergo in deo est cognitio omnium distincta, eademque distinctissima.

§. 865.

Intellectus dei summus est, §. 863, 812. et immutabilis, §. 839. Ergo in eo non sunt praeuiae sequentesque cogitationes, §. 125. Summus est, dum plurimorum, maximo-

maximorum, plurimas, clarissimas notas, fortissimis in sociis diuersissimisque, repraesentat. Ergo dei intellectus profundissimus, patentissimus, purissimus est.

§. 637.

§. 866.

Deus semet ipsum, quam fieri potest, plenissime cognoscit, §. 865. Cognitio dei de deo est THEOLOGIA SIGNIFICATV LATIORI, THEOLOGIA, qua deus seipsum cognoscit, EXEMPLARIS (πρωτότυπος) est, quatenus illi similes theologiae finitorum intendendae sunt, §. 346.

§. 867.

Deus omnia repraesentans omnes mundos possibiles sibi repraesentat, §. 864. Haec est perfectio dei interna, §. 37. eiusdem essentia, §. 816.

§. 868.

Deus omnes omnium finitorum essentias distinctissime cognoscit, §. 864. Quatenus ergo essentiae rerum in intellectu dei repraesentantur, ab eo dependent, §. 14. in eodem aeternae, §. 849.

§. 869.

Deus omnes mundos possibiles sibi repraesentat distinctissime, §. 807. Ergo et optimum, §. 436, et imperfectissimum, §.

442. et hunc. MVNDVS, quatenus sensitiue repraesentatur, SENSIBILIS* (adspectabilis,) quatenus distincte cognoscitur, INTELLIGIBILIS** est. Deus mundum hunc intelligibilem distinctissime cognoscit. Ergo omnes huius mundi monades, omnes eiusdem animas distinctissime cognoscit. §. 864. Distinctissima animae humanae cognitione pollens est SCRVTATOR CORDIVM*** Ergo deus est scrutator cordium, §. 740, et singulae monados, singulae animae repraesentationem mundi sensibilis perspicit, §. 400, 741. et multo quidem perfectius, ac data monas, data anima semet ipsam nouit, suamque mundi repraesentationem, §. 864.

* die Welt, als ein Schauspiel der Sinnlichkeit.
** die Welt, als ein Gegenstand des Verstandes. *** Hertzens-Prüfer.

§. 870.

In deo non est cognitio sensitiua, §. 864, 521. Ergo non habet facultates cognoscitiuas inferiores, §. 520, nihil ipsi obscurum, nihil confusum, hinc nullam rem alia clarius cognoscit, §. 528. nec attendit, nec abstrahit, §. 529. nec reflectit, nec comparat, §. 626.

§. 871.

Quum deus signata omnia distinctissime cogno-

cognoscat, habet omnium intuitum, §. 620, 864. Omnia etiam signa cognoscit, et omnem animarum in mundo cognitionem symbolicam, §. 864, 869. Nec tamen signorum vnquam maior vel minor in ipso est perceptio, quam signatorum, §. 870. vtraque semper maxima, 864.

§. 872.

Deus omnem nexum distinctissime sibi repraesentat, §. 864. Ergo habet summam rationem, §. 640. Summa eius ratio est, dum est intellectus summus, hinc immutabilis, sine omni ratiociniorum successione, §. 865. maximum plurimorum nexum perspiciens. §. 645.

§. 873.

Cognitio dei est summae extensionis et maiestatis, exactissima, §. 864, et ordinatissima, §. 822, citra omnem ignorantiam et errorem, angustias et leuitatem, in qua nihil tumultuarii, 515. clarissima, distinctissima, veritatis omnis, hinc certissima, in qua nihil obscuri, nihil confusi, nihil inadaequati, nihil incompleti, nihil impuri, nihil superficiarii, probabilis, dubii, vel improbabilis, nihil mortui inertis et speculativi, §. 669, 671. Distinctissime cognoscit omnia principia certa, omnia eorum principiata, omnem principiorum princi-

piato-

piatorumque nexum, §. 864, 872, ergo cognitio ipsius est summa scientia. Deus distinctissime cognoscit omnes animarum ignorantias, errores, cognitionis angustias, exilitates, quicquid in eiusmodi cognitione crassi et tumultarii, noctis, confusionis, inadaequationis, incompletionis, impuritatis, omnes animarum certitudines morales, probabilitates, dubia, improbabilitates, opiniones, argumenta, scrupulos, inertes et mortuas speculationes, §. 869.

§. 874.

Deus scit, §. 873. I) omnes omnium determinationes, quatenus illa, vt mere possibilia, spectantur. Haec est SCIENTIA SIMPLICIS INTELLIGENTIAE.*

* die Wissenschaft des Möglichen.

§. 875.

Deus scit, §. 873. II) omnes determinationes actualium, 1) huius mundi, SCIENTIA LIBERA (visionis), * α) praeterita RECORDATIONE DIVINA, ** β) praesentia, SCIENTIA VISIONIS, *** γ) futura PRAESCIENTIA. **** SOCINIANISMVS PHILOSOPHICVS est sententia tollens praescientiam diuinam futurorum contingentium, et error est.

* die freie Wissenschafft. ** das Angedencken. *** Sehn. **** Vorhersehung Gottes.

§. 876.

§. 876.

Deus scit omnes determinationes actualium 2) alterius mundi, quam hic, SCIENTIA MEDIA.* Pro quouis euentu huius mundi existere posset alius, §. 363, 324. Quiuis autem haberet sua consectaria in indefinitum per omnes status mundi sequuturos partialiter diuersa, §. 488. Ergo si vel pro vno tantum euentu huius mundi exstitisset alius, mundus hic esset per omnes status illi euentui successiuos, immo antecedentes etiam, §. 357, 278. partialiter alius, quam est. Ergo quicquid loco cuiusuis euentus in hoc mundo existere potuisset cum omnibus suis consectariis, deus scit, scientia media, §. 378.

* die mittlere Wissenschafft Gottes, oder dessen Einsicht blos möglicher Welten.

§. 877.

Deus sibi status praesentis mundi semper distinctissime conscius est, §. 875. Ergo nunquam dormit, §. 556. Idem patet ex §. 870. Non sentit, vt nos, §. 870, 544. sed per eminentiam scientia visionis, §. 875. vigilans, §. 552, 826.

§. 878.

Aeternum deus sibi rem futuram repraesentauit, quantum potest. 875, 843. Ergo dum illa fit in mundo praesens, nihil ad

cognitionem dei accedit, §. 161, quamquam ipsa ex obiecto praescientiae mutetur in obiectum visionis, §. 125. Aeternum deus sibi rem praeteritam repraesentabit, quantum potest, §. 875, 843. Ergo dum praesens fiet praeterita, ipsa quidem ex obiecto visionis mutabitur in obiectum recordationis, nihil autem de cognitione dei decedet, §. 161. Deus omnes huius mundi successiuos status aeternum intuetur, §. 875, vnde cogitari potest cognitionis diuinae interna immutabilitas, §. 839.

§. 879.

Qui errare non potest, INFALLIBILIS* est. Ergo deus est infallibilis. §. 873. Minima infallibilitas est, si cui vnicum tantum minimum verum cum falso confundere est minime impossibile; quo ergo plura, quo maiora quis vera cum falsis confundere nescit, quo maior talis confusionis impossibilitas, hoc magis est infallibilis. Dum ergo deo maximam infallibilitatem tribuimus, §. 812, eum veneramur, plurimas maximas veritates cum vllo falso confundere absolute nescium.

* unfehlbar, unbetrieglich.

§. 880.

Certitudo minima est minime clara vnius minimae veritatis cognitio, §. 161. Quo clarius;

rius, quo plures, quo maiores veritates cognoſcuntur, hoc maior erit certitudo. §. 160. Dum ergo deo ſummam tribuimus certitudinem ſubiectiuam, §. 873, 812 eum veneramur plurimas maximas veritates diſtinctiſſime cognoſcentem. Idem deus eſt obiectiue certiſſimus, §. 93, 812, dum ſumma eius veritas eſt, §. 822, et exſiſtentia per eſſentiam ipſius et exſiſtentiam cuiuslibet finiti demonſtrabilis, §. 856.

§. 881.

Scientia dei libera eſt perfectio eius reſpectiua, §. 875, 815. Quumque abſolute neceſſarium eſt eam eſſe veriſſimam, §. 879, mundum hunc deo ſiſtit exſiſtentem in et per ſe contingenter, §. 361, hinc eam non, niſi hypothetice, neceſſariam eſſe eſt abſolute neceſſarium, §. 102. Ergo ſcientia dei libera eſt analogon modi, §. 327.

§. 882.

SAPIENTIA nexus finalis GENERATIM* eſt perſpicientia, et quidem finium SAPIENTIA SPECIATIM,** remediorum PRVDENTIA.*** Hinc deus eſt omniſapientiſſimus, §. 872, dum omniſapientiſſimum dicimus, veneramur 1) omnes fines, 2) omnia remedia, 3) omnes eorundem nexus poſſibiles, §. 343. 4) qua omnes qualitates, 5) omnes quantitates, 6) in maximo nexu

possibili 7) certissime ardentissimeque perspicientem, 880, 873.

* Weisheit überhaupt. ** insonderheit. *** Klugheit.

§. 883.

Deus omnes fines scit, hinc et optimos, et pessimos, quis ex iis possit esse remedium alterius, hinc omnem omnium finium subordinationem possibilem, omnem etiam coordinationem, §. 315. omnes scopos secundum quid, et simpliciter vltimum, §. 343, secundum omnem ipsorum bonitatem, et bonitatis gradum, omnem cum remediis nexum possibilem, ita vt ipsi quidem nunquam vllus videatur alius, quam est, §. 879, vt tamen simul cognoscat, quomodo videatur quisque finis omnibus et singulis animabus eum cognoscentibus, §. 869. Ergo deus de finibus optimis optime nouit, quod sint optimi, §. 882.

§. 884

Deus nouit omnia remedia, hinc et optima, § 582. quibus positis ponitur summa perfectio, §. 187. Iam positis remediis ponitur finis, §. 326, 341. Ergo remedia optima fini optimo subordinantur. Deus nouit ea, quatenus optimo fini subordinantur, quomodo, et in quantum subordinentur. §. 883.

§. 885.

§. 885.

REMEDIVM CERTVM * est, quod re vera tale est ac tantum, quale quantumque cognoscitur, hinc opponitur apparenti, quod videtur solum, et aut prorsus non est, aut non est tantum, quantum videtur, et incerto, cuius vera bonitas, gradusue bonitatis non liquet. Remedia optima sunt certissima, et quatenus non sunt apparentia, et quatenus deus certissimus est, et de bonitate, et de gradu bonitatis eorundem, §. 882, nihilo tamen minus omnes de iisdem dubitationes animarum possibiles perspiciens, §. 869, 873.

* ein gewisses Mittel.

§. 886.

Quo foecundius remedium est, hoc maior illo posito ponitur perfectio, §. 166, 341. Ergo media foecundissima sunt optima, et vice versa, §. 187. Deus nouit remedia foecundissima, §. 884. quantumque quodlibet foecunditatis habeat, §. 882. quantumque cuilibet foecunditatis a datis animabus adscribatur, §. 873.

§. 887.

Remedia optima sunt completa, §. 886. ad finem optimum, §. 884. Ergo non sunt incompleta, §. 81. Si abundantia fo-

rent, quaedam haberent ad finem nihil facientia. Ergo bonum non actuantia, §. 341, neque tamen prorsus sterilia, §. 23. Hinc mala, §. 146. Ergo remedia optima sunt fini optimo adaequata. Deus nouit remedia fini optimo adaequata, §. 884. Remedia certa et adaequata sunt FINEM EX ASSE CONSEQVENTIA.* Deus nouit remedia finem optimum ex asse consequentia, §. 885.

* den Zweck völlig erreichen.

§. 888.

Actuatio finis per remedia, quae eum ex asse consequuntur, pauciſſima est VIA BREVISSIMA.* Vsus mediorum optimorum semper est via breuiſſima. Tunc enim actuatur finis per remedia eum ex asse consequentia, §. 887, quorum singula sunt foecundiſſima, §. 886, nullum abundans, §. 887. Erunt hinc, quae esse possunt, pauciſſima, §. 161. Deus omnem nouit viam breuiſſimam, §. 887.

* der kürtzeste Weg.

§. 889.

OMNISCIENTIA* est scientia omnium. Deus est omniscientiſſimus, §. 873. Quum eum talem dicimus, veneramur qualem, §. 863 - 888. exhibent.

* Allwiſſenheit.

SECTIO

SECTIO VIII.

VOLVNTAS DEI.

§. 890.

Deus omnes omnium perfectiones imperfectionesue intuetur, distinctissime, §. 889, 871. Quicquid in deo est, maxima est ratio, §. 23, 814. Hinc intuitus perfectionum imperfectionumue in eodem maxime vnus est, §. 669, 873. Ergo deo complacentia et displicentia conuenit, §. 653, summa, §. 812.

§. 891.

Complacentia et displicentia dei non sunt, nisi verissimae, §. 889. distinctissimae §. 870, rationalissimae, §. 822, nunquam est totaliter indifferens, §. 653, nec vnquam partialiter erga vllam rem, §. 634, nec voluptatem, nec taedium, §. 656. nec appetitum, nec aversationem sensitiua habet, nec instinctus, nec fugas, §. 677 nec affectus, §. 678, nec voluptates, nec taedia apprehtia, §. 655.

§. 892.

Quum deus se vt bonum tantum, vt optimum sanctissimum intueatur distinctissime, §. 866, 828. purissimam ex se voluptatem haurit, §. 661. Haec summa dei acquiescentia in se ipso, 682. Theologia exem

exemplaris est suauissima, §. 866. Deus ex nulla re merum taedium habet. §. 891, 661. Displicentia eius et complacentia omnis est immutabilis, §. 839. Hinc nescit voluptates et taedia transitoria, §. 662, nihil ipsi molestum, §. 658. Nec summa eius displicentia summam voluptatem obscurat vllo modo, §. 870, nec quicquam extra ipsum in eo potest voluptatem aut taedium vllum actuare, §. 851.

§. 893.

In deo est scientia libera huius mundi, quum tamen et nullius, et alius esse possit, §. 881. Non tamen existit in deo huius mundi scientia libera, nisi vi dei, §. 851, 197. Ergo vim suam determinauit deus ad scientiam liberam non nullius, non alius, sed huius mundi actuandam. Ergo deus appetit et auersatur, §. 663. Iam non appetit, non auersatur sensitiue, §. 891. Sequitur tamen appetitio eius et auersatio cognitionem, §. 668, 822. Ergo vult et non vult, habet voluntatem et nolutatem, §. 689, summam, §. 812. i. e. summam omniscientiam perfectissime sequentem, §. 668, 889.

§. 894.

VOLVNTAS NOLVNTASVE cognitionem intellectus mathematicam sequens, s. appetens pro gradu bonitatis in appetendis

dis distincte cognito, auersata pro gradu imperfectionis in auersandis distincte cognito, est PROPORTIONALIS INTELLECTVI,* qui si rem tam bonam malamue sistat, ac est, est VOLVNTAS NOLVNTASVE PROPORTIONALIS OBIECTIS.** Ergo voluntati noluntatique diuinae conuenit proportionalitas, §. 893, summa, §. 812, dum distinctissimam summe et infallibilem graduum perfectionis et imperfectionis cognitionem sequitur, §. 879, 883.

* Wollen und Nicht-Wollen, so der Einsicht des Verstandes. ** so den Gegenständen angemessen.

§. 895.

Deus, dum vult, §. 893, agit, §. 210. Actiones dei omnes a sufficienti principio interno agenti deo dependere possunt, §. 833, et dependent, §. 851. Ergo actionibus diuinis ipsique deo conuenit spontaneitas, §. 704, eaque summa, §. 872, dum ad plurimas maximas actiones sufficit §. 701, 832. Dei actiones maxime spontaneae erunt aut immanentes, aut transeuntes, §. 211.

§. 896.

Deus est liber a coactione interna absoluta, §. 710, 702. et physica, §. 710, 859. et externa tam ideali, quam reali, §. 707, 851.

adeo-

adeoque etiam morali, §. 723, motiuorum, §. 726. ad actiones inuitas per violentiam secundum quid, §. 714. ab illecebris, minis, suasionibus, dissuasionibus, extorsionibus, §. 728.

§. 897.

Omnes actiones sunt in potestate dei positae, §. 708, 859. Si ergo quaedam actio et opposita ipsi actio quaecunque est possibilis in se vtraque, §. 15 i. e. si quaedam actio est contingens in se, §. 104, hinc et oppositam contingentem in se actionem habet, §. 104. vtraque est in potestate dei posita. Ergo omnes actiones in se contingentes sunt deo liberae ratione exsequutionis et indifferentes qua exercitium actus, §. 708. quia respectu dei possibilitas vtriusque physica summa est, §, 844. Hinc actuatio huius vniuersi, aut nullius, aut alius, fuit deo libera ratione exequutionis, §. 835. Indifferens fuit, qua exercitium actus, tam erga mundum optimum, quam erga imperfectissimum, idemque est, et erit, §. 849.

§. 898.

Quum deus se in agendo determinet pro lubitu, §. 893, 712. eoque distincto, § 893 habet libertatem, §. 719, eamque summam §. 812. i. e. maximas plurimas actiones distinctissimo pro lubitu actuantem, §. 725,

FATA-

FATALISMVS, ſententia libertatem diuinam tollens, error eſt.

§. 899.

Deus vult liberrime, §. 898. Ergo bonum, §. 719, 665. Deus auerſatur liberrime, §. 898. Ergo malum, §. 719, 665. Volitio ſ. amor boni, odium ſ. nolitio mali in deo infinita ſunt, §. 844, 1) extenſiue, dum amat omne bonum, odit omne malum, §. 898, 889. 2) protenſiue, dum aeterna ſunt, §. 849, et 3) intenſiue, dum proportionalissima, §. 894. Volitio nolitioue diuina extenſiue infinita, quia non eſſe poteſt in deo ſcientia mortua et mere ſpeculatiua, §. 873. fertur in obiecta 1) ſimplicis intelligentiae, vniuerſalia, quae nobis notiones exhibent, et quicquid in iis eſt boni maliue erga quod deus non poteſt eſſe totaliter indifferens. §. 891. 2) ſcientiae mediae, actualia vniuerſi alterius, 3) ſcientiae liberae, §. 874-876. VOLVNTAS DEI, quatenus obiecta ſcientiae liberae, ſ. actualia huius vniuerſi appetitit, CONSEQVENS, * quatenus fertur in vniuerſalia et actualia alterius vniuerſi ANTECEDENS ** dicitur, per reductionem, §. 826, 695, illa efficiens, §. 671. vtraque efficax, antecedens etiam, non tantum, quia ſeria, ſed etiam, quia eſt in motiuis decreti, §. 675.

* der nachfolgende. Wille Gottes.

** der vorhergehende

§. 900.

§. 900.

VOLVNTAS est IMPERSCRVTABILIS,* cuius causſae impulſiuae ſunt incomprehenſibiles. Iam causſae impulſiuae voluntatis diuinae ſunt diſtinctiſſimus ipſius lubitus, §. 898, hinc deo interna perfectio, §. 37. nobis imcomprehenſibilis, §. 862. Qui quaedam dei motiua in aliquo diſtinctionis gradu concipit, non perſcrutatur voluntatem diuinam, §. 862. Hinc nec intendens aliquam motiuorum diuinorum intellectionem voluntatem dei fingit ſibi perſcrutabilem, §. 664. Quo plures cauſſ e impulſiuae certae voluntatis, quo minus plene poſſunt cognoſci, hoc eſt voluntas imperſcrutabilior, §. 160. Hinc quum voluntas dei nobis imperſcrutabilis maxime, §. 812, dicitur, cogitamus 1) plurima ipſius motiua plene non cognoſci, 2) plurimum abeſſe quoduis eorum a comprehenſione noſtra, 862, 898.

* ein unausforſchlicher Wille.

§. 901.

ACTIONIS liberae conformitas cum ratione ſua, hinc lege, §. 83. morali, §. 723. eſt eiusdem RECTITVDO, quatenus ergo omnes actiones dei liberrimae, §. 898, 725. ſummam conformitatem habent, §. 176. cum lege optimi, §. 822. morali, §. 723: *Optimum libere congruit optimo*, ſunt rectiſſimae. Summa voluntati diuina rectitudo

do conuenit, §. 899, sanctitas, §. 828, moralis, §. 723.

* Richtigkeit einer Handlung, oder Gesetzmäßigkeit.

§. 902.

Actiones dei liberrimae non sunt absolute necessariae, dum earum oppositum est in se possibile, §. 102. Omnes actiones dei transeuntes in mundum, §. 854, 211. habent oppositum in se possibile, §. 361. Hinc nullae earum sunt absolute necessariae. Quumque omnium liberrimarum dei actionum oppositum possit per omnipotentiam dei actuari, §. 897. nulla earum, nec adeo vlla dei actio in mundum est ipsi physice necessaria, 470, 859. adeoque nec vlla moraliter necessaria eo sensu, ac si per libertatem oppositum vllius deo reddere-tur physice impossibile, §. 723. Quum tamen summa dei libertas se semper rectissime determinet, §. 901, dum sunt omnes eius actiones moraliter sanctissimae, sunt moraliter necessariae, §. 723, 724.

§. 903.

BONITAS * (benignitas) est determinatio voluntatis ad faciendum alteri bene. BENEFICIVM ** est actio alteri vtilior ex bonitate profecta. Bonitas minima esset minima voluntatis propensio s. dispositio vnius minimi boni in vnicum minimum i. e. minime

dignum conferendi. §. 161. Quo ergo magis, quo plura, quo maiora, beneficia, in quo plures, quo digniores, conferre appetit bonitas, hoc maior est, §. 160. Beneficium est maius bonum, §. 336, 187.

* Güthigkeit. ** Wohlthat.

§. 904.

Deus vult beneficia aliis conferenda, §. 903, 899. Ergo benignus est, §. 903. summe, §. 812. Dum benignissimum dicimus deum, veneramur infinite amantem et aeterne, §. 899, et immutabiliter, §. 839, plurima, maxima beneficia plurimis, dignissimis conferre, §. 903.

§. 905.

Amor hominum PHILANTHROPIA * est; amorem amati mutuum proportionatum volens ZELOTYPIA ** est, qui cum misericordia, fauore, beneuolentia, clementia vniuersales in deo sunt et maximi, §. 684, 904. Quumque constans amor intensus sit, FIDELITAS, *** deus aeternum amans infinite summe fidelis est, §. 904, 812.

* Menschen-Liebe. ** Liebes-Eifer. *** Treue.

§. 906.

Bonitas erga personas s. spiritus proportionalis est IVSTITIA, cf. E. §. 317. Iustitia minima esset minima bonitas minimam, mini-

minime claram, minime certam, minime viuam cognitionem mathematicam sequens, §. 903, 161. Quo ergo 1) intensius amat 2) quo plura 3) quo maiora 4) in quo plures beneficia conferre pro gradu perfectionis imperfectionisue in spiritu cognito, 5) quo clarius, 6) quo certius, 7) quo ardentius gradus ille cognitus est, hoc maior est iustitia, §. 903, 160. Deus iustus est, §. 904, 894. summe, §. 812. Dum deum iustissimum dicimus, veneramur summam eius bonitatem §. 904. proportionalissimam, §. 894. pro distinctissima, et infallibili, et maxime viua cognitione graduum perfectionis imperfectionisue in singulis spiritibus obuiae plurima maxima plurimis beneficia conferre paratissimam.

1) Gerechtigkeit.

§. 907

PRAEMIVM* (remuneratio) est bonum contingens personae ob bonum morale collatum. IVSTITIA in conferendis praemiis est REMVNERATORIA** quam in deo summam veneramur, §. 906, 812. dum pro omnibus etiam minimis bonis moralibus omnium spirituum, proportionalissima praemia conferre paratissimam suspicimus.

* eine Belohnung, Lohn. ** Belohnungs-Gerechtigkeit.

§. 908.

POENA* est malum contingens personae ob malum morale illatum. Tam POENAE, quam PRAEMIA quaedam possunt sufficienter concipi ex essentia peccati et natura peccantis, aut ex essentia boni moralis et natura bene agentis, et erunt NATVRALIA. Quaedam PRAEMIA non possunt sufficienter concipi, nisi ex arbitrio ea conferentis alterius, et sunt ARBITRARIA.** Quaedam poenae non possunt sufficienter concipi, nisi ex arbitrio puni-entis alterius, et sunt ARBITRARIAE.***

* Strafe. ** willkürliche Belohnungen.
*** Strafen.

§. 909.

In quo sunt mala moralia PECCATOR* est. In quo quaedam mala moralia non sunt, respectu eorum est INNOCENS LATIVS DICTVS** (insons) cf. E. §. 319. Peccator, caeteris paribus, non tam bonus est, quam innocens. §. 187. Ergo nec tantum amatus a bonitate proportionalissima, §. 906. Ergo quaedam beneficia deus vult innocenti conferre, quae non vult conferre peccatori, §. 904. Erga haec peccatori non conferenda beneficia deus non est indifferens, §. 891, hinc ea pro distinctissimo iubitu auersatur peccatori confer-

re. §. 898, 669. Ergo beneficiorum eiusmodi vult oppositum, §. 663, 690. Beneficiorum oppositа mala sunt §. 81, 903. eaque contingentia, §. 146. Ergo deus vult quaedam mala contingentia ob mala moralia peccatori inferenda, i. e. poenas. §. 908.

* ein Sünder. ** der Unschuldige in weiterer Bedeutung.

§. 910.

IVSTITIA in inferendis poenis PVNITIVA * est (vindicatiua, vltrix, vindicatrix, nemesis), iustitia punitiua deo conuenit, §. 909, eaque summa, §. 812, dum ad omnia peccatorum omnium peccata proportionalissime punienda est paratissima, §. 906. DIPPELIANISMVS PHILOSOPHICVS sententia, iustitiam dei punitiuam tollens, error est.

* die Straf-Gerechtigkeit.

§. 911.

Oppositum praemii naturalis poena naturalis est, oppositum praemii arbitrarii poena est arbitraria, §. 908. Ergo iustitia dei remuneratiua dispensante praemia arbitraria, iustitia vindicatiua poenas irrogat arbitrarias, §. 907, 909. Ipsae poenae naturales respectu eius, sine cuius arbitrario natura peccantis non haberet rationem sufficientem, sunt arbitrariae. §. 908. Par ratio praemiorum naturalium.

§. 912.

Complexus cauſſarum extra ſpiritum poſitarum ad proſperitatem eius miſeriamue concurrentium, eſt FORTVNA BONA et MALA,* per fortunam actuata ſunt FORTVITA,** eaque contingentia §. 146, 787. Eiusmodi bona collata ſpiritui ob bona moralia, praemia ſunt, §. 907. nec ſufficienter cognoſcenda, niſi ex arbitrio dei, §. 854, arbitraria ſunt, §. 908. Mala fortuita ſpiritui illata ſunt INFORTVNIA.*** Infortunia ſpiritui ob mala moralia illata poenae ſunt, nec cognoſcenda niſi ex arbitrio dei, ſufficienter, §. 854, poenae ſunt arbitrariae. §. 908.

* gutes und böſes Glück. ** Glücks-Fälle
*** Unglüks-Fälle.

§. 913.

Praemia et poenae miraculoſae et ſupernaturales in ſe ſunt poſſibiles, §. 475. et hypothetice, §. 860. omnipotentiae diuinae, §. 833, 834 ſunt. arbitrariae, §. 908, 898. non tamen ſolae, §. 911, 912.

§. 914.

EVENTVS, quicquid in eo eſt realis et poſitiui, MATERIALE REMOTVM,* omnimoda determinatio, MATERIALE PROXIMVM,** et quicquid in finitis eſt eidem negatiui, FORMALE *** euentus dicitur. Hinc mala,

mala, adeoque et poenae, §. 908, aut ſpectantur materialiter formaliterque ſimul, et ſunt, ut finita omnia, partim bona, partim mala praeciſe ſ. formaliter ſumta, §. 264. amantur a deo, quatenus ſunt bona, odit ea deus, quatenus ſunt mala, infinite, §. 899, aut ſpectantur tantum materialiter, qua materiale remotum, et ſunt poſitiua et realia, tantum obiectum amoris diuini, §. 899. aut formaliter tantum, et non ſunt, niſi aut negationes ſtricte dictae, aut priuationes, §. 137, et ſunt tantum obiectum odii diuini, §. 899. aut qua materiale proximum et formale.

* das bejahende. ** die gäntzliche Beſtimmung. *** der mangelhafte Schrancken einer Begebenheit.

§. 915.

Deus vult iuſtitia punitiua, §. 910. materiale poenae remotum, et quicquid eſt in proximo realitatis, non vero formale. §. 914. Iam vero contingere easdem huic peccatori, non alii, ſed ei, cui ſunt proportionaliſſimae, eſt realitas, §. 36, 909. Hanc ergo deus vult, §. 899. Hinc et diiudicanda diſtinctio malorum contingentium, §. 146, adeoque tam poenarum, §. 908. quam peccatorum, §. 788, in priuatiua et poſitiua, §. 525.

§. 916.

LONGANIMITAS* (patientia iudicis) eſt iuſtitia non niſi optima viſa occaſione puniens. Deus optimas omnium poenarum opportunitates infallibiliter ſciens, §. 889, 879. hoc etiam materiale proximum cuiusuis poenae, dum realitas eſt, §. 36, volet proportionaliſſime, §. 894, 914. Hinc ſumme eſt longanimis.

* Langmuth, und richterliche Geduld.

§. 917.

IMPARTIALITAS eſt auerſio a decidendo ex apparentibus ſtimulis. In deo ne ſtimuli quidem, §. 898. multo minus apparentes poſſibiles ſunt §. 889, 12, dumque tàm ipſos, quam decretum ex iis auerſetur ſanctiſſima ipſius voluntas, §. 902, eſt impartialiſſimus.

§. 918.

Impartialis iuſtitia eſt AEQVITAS.* Deus iuſtiſſimus, § 906. et impartialiſſimus, §. 917. eſt aequiſſimus.

* Billigkeit.

§. 919.

SINCERITAS* eſt bonitas in mente ſua ſignificanda, et haec eſt in deo, §. 904. ſumma, §. 812, dum omnibus, quibus, et tantum, quantum ſignificare mentem ſuam ſum-

ſumma ſapientia ſuadet, ſignis aptiſſimis ſignificare paratiſſimus eſt. §. 884, 888.

* Aufrichtigkeit.

§. 920.

VERACITAS * eſt ſinceritas in oratione. Sapientia ergo diuina iudicante optimum per orationem mentem diuinam ſignificare, deus eſt veraciſſimus. §. 919.

* Wahrhaftigkeit.

§. 921.

Minima minimae naturae duratio vita foret minima. Quo maioris naturae, quo maior eſt duratio, hoc maior eſt vita, donec ſit maxima ſumma perfectiſſimae naturae duratio §. 430, 161. Deo ſumma vita tribuenda eſt, §. 859, 850.

§. 922.

Quum dei vita maxima ſit abſolute neceſſaria, §. 921, quia eſt ipſius eſſentia, §. 816, et exiſtentia, §. 823, 780. non deus immortalis ſolum eſt, ſed et *ſolus habet immortalitatem* abſolutam, §. 781.

§. 923.

Cum ſumma perfectione metaphyſica et phyſica in deo coniungitur ſumma perfectio moralis, §. 806, 859, per ſummam eius rectitudinem, §. 901, quarum diſtinctiſſime

sibi conscius, §. 866, summa inde voluptate fruens, §. 892, est beatissimus, §. 787.

§. 924.

Deus felix est, §. 923, 787, summe, §. 812, dum 1) omnis ab eo corruptio moralis et miseria non abest solum, §. 813, sed nec esse quidem in eodem potest, physice, §. 859, vel moraliter, §. 982. 2) independenter et a se, §. 851. 3) sine omni mutatione tam ipsorum bonorum, quam intuitus eorundem est felicissimus, §. 839.

§. 925.

* Ens alio perfectius est illo SVPERIVS.** Deus est spiritus supremus, §. 889, 796. ENS SVPRAMVNDANVM.** quatenus maiorem perfectionem habet, quam totus aliquis mundus, isque vel optimus, §. 361, 843. Quumque plura entia perfectissima extra se posita sint impossibilia, §. 846, deus est ens absolute summum.

* etwas höheres. ** etwas über die Welt erhabenes.

CAPVT

CAPVT II.

OPERATIONES DEI.

SECTIO I.

CREATIO MVNDI.

Caussa efficiens actuat effectum, §. 319, 320. Deus est caussa efficiens huius vniuersi, §. 854. Ergo deus actuauit hoc vniuersum, aut ab aeterno, i. e. ita, vt mundus hic non habuerit initium, aut in tempore s. non ab aeterno, §. 10. in neutro casu pars mundi, mundo praeexistit, §. 371, 394. Ergo in vtroque casu mundus est actuatus ex nihilo, §. 228, et deus est, qui eum actuauit ex nihilo, §. 854. Actuare quid ex nihilo est CREARE. Ergo deus est creator huius vniuersi.

* erschaffen,

§. 927.

CREATIO PER EMANATIONEM* esset actuatio vniuersi ex dei essentia, eiusmodi creatione 1) mundus non actuaretur ex nihilo, §. 926. Essentia enim dei est ens necessarium, §. 109. 816. Quod contra §. 926. 2) aut tota dei essentia, aut pars eius muta-

mutari posset in vniuersum, §. 870. quod contra, §. 839. 3) pars dei esset extra deum posita, §. 388, deusque compositus, §. 225. quod contra §. 838. Pluribus adhuc modis patet, creationem per emanationem esse impossibilem, §. 7.

* die Schöpfung durch einen Ausfluss.

§. 928.

Omnes monades huius vniuersi sunt entia finita, §. 396, hinc omnes entia ab alio, §. 308, nec possunt, vllae actuari, nisi ex nihilo. §. 236. Ergo omnes monades huius vniuersi sunt creatae, §. 926. Ens quod non potest existere, nisi per creationem, est CREATVRA. Ergo omnes huius vniuersi monades sunt creaturae, et quidem dei, §. 381, 854. Quicquid est in hoc vniuerso substantiale, dei creatura est. §. 396.

* ein Geschöpf.

§. 929.

Omnis spiritus huius vniuersi, §. 404, omnes animae humanae, §. 744, 741. omnia elementa huius mundi sunt dei creaturae §. 928, 423. actuatae singulae creatione simultanea, §, 238. et instantanea, §. 99, 228. Iam corpora huius mundi sunt aggregata elementorum, §. 135, 420, hinc quicquid in corporibus est substantiale, quotquot habent

habent partes per se subsistentes, sunt dei creaturae. §. 928.

§. 930.

Quod non potest existere, nisi vt caussatum alterius, nec potest durare, nisi vt caussatum alterius, §. 299. Hinc mundus et omnes eius partes non possunt durare, nisi vt entia ab alio, §. 928, 375 Ergo creatio independentem in creaturis durationem actuans est imposibilis, nec obiectum omnipotentiae diuinae, § 833. Creatio huius vniuersi est posibilis, §. 926, 57. Ergo per creationem huius vniuersi non actuata est independens in ipso duratio.

§. 931.

Quicquid non pertinet ad mundi partiumque ipsius substantialium existentiam, non est creatum. § 926. Iam vero essentiae creaturarum, hinc et malum metaphysicum earundem, § 146, non pertinent ad earundem existentiam, §. 132, 134. hinc nec essentiae, nec mala creaturarum metaphysica, sunt creata, nisi creatas dici velis omnes creaturae actualis determinationes, contra notionem. §. 926.

§. 932.

Non existere hoc vniuersum, non existere vllum vniuersum, est in se possibi-

de, §. 370, 361. Omnia in se possibilia, sunt et deo possibilia, §. 859. Hinc deus potuit, qua omnipotentiam, non creare vniuersum, creare aliud, quam hoc, quo existente, hoc non exstitisset, §. 379, 926. Creauit tamen hoc impassibilis, §. 851. per summam spontaneitatem, §. 895. creatione libera ratione exsequutionis, §. 897. Ergo liberrime, §. 898.

§. 933.

Deus hunc mundum creauit liberrime, §. 932. Ergo eum creare voluit, §. 893. voluit efficienter, §. 671. hinc et plene, quia infallibilis est, §. 879, adeoque ex motiuis completis consequenter. Ergo deus hunc mundum creare decreuit, §. 695. et omni quidem significatu efficaciter, §. 675.

§. 934.

Deus creationem huius mundi decreuit §. 933. voluntate proportionalissima, §. 894. Hinc decreuit huius mundi exsistentiam, pro gradu bonitatis in eadem cognito, §. 926. Alius mundi exsistentiam non decreuit voluntate proportionalissima, §. 379. Ergo tantam bonitatem in exsistentia vllius alius mundi deus non cognouit, quantam in exsistentia huius mundi cognouit. §. 70. Iam cognitio dei est distinctissima et maxime infallibilis, §. 879. Ergo praelati

lati huius et electi prae reliquis omnibus mundi exsistentia, §. 697, est, quae mundi esse potest, optima, §. 187.

§. 935.

Posita huius mundi exsistentia, ponitur summa, quae in mundo esse potest, perfectio, §. 187, 934. In quo mundo ponitur summa, quae in mundo esse potest, perfectio, est ille perfectissimus, §. 185. Ergo mundus hic est omnium possibilium perfectissimus.

§. 936.

In hoc mundo sunt maximarum plurimae, plurimarum maximae partes, quae in mundo esse possunt, consensus tantus, quantus in mundo esse potest. §. 436, 935. Hic mundus est extensiue, protensiue et intensiue mundorum maximus, §. 437. realiter quidem finitus ita tamen, vt multis modis infinitus dici possit, §. 440. optimus, §. 443, in eodem maximus nexus vniuersalis, §. 441. ordo, §. 444, et maxima, quae esse potest, harmonia, §. 462.

§. 937.

Pone mundum huic mundo perfectione totaliter aequalem, esset extra eundem ponendus, alias pars huius mundi foret, §. 354, 155. Perfectio huius mundi nonpot-

est

est extra eundem esse, nec perfectio prorsus aequaliter perfecti posset extra ipsum esse, §. 194. Si ergo talis mundus esset possibilis, duae perfectiones extra se inuicem totaliter aequales essent possibiles, quod contra §. 272. Ergo mundus perfectissimus est vnicus, §. 77.

§. 938.

De eo, quod hic mundus sit optimus, possumus certi esse, §. 935, 936. Ergo haec doctrina non est hypothesis philosophica. Qui demonstrationem eius a posteriori poscunt, aut intelligunt, per demonstrationem a posteriori, eam, quae in praemissis suis habet iudicium intuitiuum, et habent eam, §. 933, cuius praemissas ingreditur: *hic mundus exsistit*, iudicium intuitiuum, aut postulant discrepantiam huius et deterioris mundi experiri, hinc extra hunc mundum poni, §. 548, mirabilem ecstasin.

§. 939.

Quicquid deus creauit, creare voluit, §. 932. Iam vero malorum contingentium et moralium in specie formale prorsus non voluit, §. 914. Ergo nec idem creare voluit, §. 926. Deus non est creator vllius mali contingentis, hinc nec vllius mali moralis formaliter spectati.

§. 940.

§. 940.

AVCTOR* est causſa liberae actionis, et tam actio, quam eius causſata sunt effectus auctoris, s. FACTA.** Iam deus mundum creauit liberrime, §. 932. Ergo deus est creationis et huius mundi auctor. Deus non est auctor, nisi eorum, quae vult §. 719, 891. Iam formale nullius mali contingentis, nullius peccati deus vult, §. 914. Ergo nullius mali contingentis, nullius peccati formaliter spectati deus auctor est. CAVSSA MORALIS STRICTE DICTA*** est auctor per liberam alterius determinationem, qualis illiciens, minatus, suadens, dissuadens, extorquens, §. 728. Iam causſa moralis stricte dicta auctor est. Ergo deus nec est causſa moralis stricte dicta vllius peccati et mali contingentis formaliter spectati.

* Urheber. ** sittliche Thaten. *** ein sittlicher Urheber.

§. 941.

Ad malum morale formaliter spectatum causſas impulsiuas actuans est TENTATOR AD MALVM.* Deus si causſas impulsiuas ad malum morale formaliter spectatum actuaret, fieret eiusdem causſa moralis stricte dicta. Ergo deus nunquam est tentator ad malum, §. 940.

* ein Versucher zum Bösen.

SECTIO II.

FINIS CREATIONIS.

§. 942.

Agnitio perfectionis maioris in aliquo est HONOR.* Honor maior est GLORIA. cf. §. 684. Gloria dei ergo est maior cognitio summarum ipsius perfectionum. Quo plures, quo magis, ergo quo clarius, quo certius, quo ardentius, quo verius, quo plures, quo maiores alicuius perfectiones cognoscunt, hoc maior est gloria. §. 160. Hinc summa dei gloria est clarissima, verissima, certissima, ardentissima plurimarum maximarum ipsius perfectionum in plurimis cognitio. §. 161. Gloria dei est bonum. §. 866.

* Ehre. ** Preiss.

§. 943.

Per hunc mundum possunt perfectiones dei summae clarius, verius, certius, ardentius cognosci. §. 333. 375. Ergo hic mundus ad gloriam dei vtilis est eandem ex eo cognoscere valentibus, §. 336. Haec vtilitas creatione et ipsius mundi et omnium in eodem spirituum actuata est. §. 926. Ergo creator vniuersi vtitur eodem ad suam gloriam, quam distinctissime bonam cognoscit, §. 889. 942. actuandam. Ergo deus in creando finem habuit, §. 341.

§. 944

§. 944.

Deus mundum creauit secundum summam ipsius scientiam nexus finalis, §. 943, hinc sapientissime, §. 882. Hinc optimos optimi mundi in creando eodem fines omnes in perfectissima subordinatione et coordinatione, §. 883, remedia eorum optima, §. 884, certissima, §. 885. foecundissima, §. 886, eosque ex asse consequentia, §. 887, via breuissima, §. 888, sciuit, et actuauit, §. 894. Denuo patet, deum nullum malum contingens formaliter spectatum creasse, §. 146, 914.

§. 945.

Finis dei non fuit in creando mundo perfectio quaedam ipsi interna. Per mundum enim vllam earum aut actuari, aut augeri impossibile est, § 851, deus autem non vult impossibilia, §. 891, 893. Iam quicquid est, praeter deum, mundus est, aut pars mundi. §. 846, 354. Ergo finis dei in creando mundo fuit perfectio creaturarum, §. 928.

§. 946.

Finis dei in creando vniuerso fuit perfectio creaturarum tanta, quanta in mundo optimo possibilis, §. 945, 944. Ergo omnes rerum vtilitates creatarum, §. 336, omnes earundem vsus, §. 338, fines dei sunt. §.

944. Scientia finium in creaturis diuinorum est TELEOLOGIA, tam PHYSICA, corporum, quam PNEVMATICA, fines spirituum exhibens.

§. 947.

Bona spiritus determinatio ex motiuis gloriae diuinae est ILLVSTRATIO GLORIAE DIVINAE (cultus dei.)* Gloria dei et illustratio eius sunt RELIGIO. Iam gloria dei vtilis est ad cultum eius, §. 336, 712. Gloria et cultus ad religionem, §. 336. Ergo fines creationis fuerunt cultus dei et religio, §. 942, 946.

* Verherrlichung Gottes, Gottesdienst.

§. 948.

Prosperitas et beatitudo seu felicitas spirituum vtilis est ad gloriam dei, §. 787, 942. illustrationem eius et religionem, §. 947, 336. Ergo prosperitas et beatitudo seu felicitas spirituum tanta, quanta in mundo optimo posſibilis, finis fuit creationis, §. 946, 942.

§. 949.

Omnes creaturae, siue spectentur, vt media, siue vt fines, vtiles sunt ad dei gloriam, haec ad illustrationem gloriae diuinae, §. 943, 947. hinc omnes confines religionis in creatione ipsi subordinantur, §. 315,

315, 947. Ergo religio est finis creationis vltimus, §. 343.

SECTIO III.

PROVIDENTIA.

§. 950.

Hic mundus durat, §. 299, at nullo momento independenter, §. 930. Ergo non potest durare, nisi vt caussatum extra se positi vel vno momento, §. 307. Ergo vis extramundana operatur durationem eius in quouis durationis momento, §. 210. Haec deus est §. 855, 839. Ergo deus operatur quouis durationis momento durationem vniuersi. Actuatio durationis est CONSERVATIO.* Ergo deus est conseruator huius vniuersi.

* die Erhaltung.

§. 951.

Conseruatio est influxus dei continuus, §. 950, 895, isque realis, §. 212, quia exsistentia sua nullius finiti effectus esse potest, §. 308. Idem est creatio, §. 926. Vnde conseruatio non male dicitur continuata creatio.

§. 952.

Quae non creata sunt, non conseruantur, §. 950, 926. Ergo nec essentiae rerum,

nec malum finitorum metaphyficum, §. 931. nec formale mali contingentis, nec malum morale formaliter ſpectatum a deo conſeruatur, §. 939.

§. 953.

Quicquid exſiſtere non poteſt, niſi per creationem, non poteſt durare, niſi per conſeruationem, §. 950, 926. Iam omnes huius mundi monades, et quicquid eſt in eodem ſubſtantiale dei creatura eſt. Ergo omnes mundi monades, et quicquid eſt in mundo hoc ſubſtantiale, conſeruatur a deo quouis momento durationis ſuae, §. 928.

§. 954.

Quum cauſſae efficientes, praeter deum, omnes ſubſtantiae huius mundi, §. 319, 846. deo ſubordinentur, §. 928, eſt ille cauſſa efficiens ſimpliciter prima, reliquae omnes ſecundae, §. 315, 28. Iam omnes finitarum ſubſtantiarum actiones ſunt ſimul paſſiones ab aliis ſubſtantiis finitis in eas influentibus, §. 451. Ergo deus concurrit, vt cauſſa efficiens, ad omnes ſubſtantiarum finitarum actiones mediate, §. 314, 320. Quoniam vero ſimul omnes finitarum ſubſtantiarum paſſiones ab aliis ſubſtantiis finitis ſunt ipſarum actiones, §. 463, non tunc ſolum, vbi agere potiſſimum concipiuntur, ſed et tunc, vbi notantur pati, deus eo ipſo momen-

momento, quo mutantur, rationem huius mutationis ipsarum sufficientem, vim earundem, conseruando actuans, §. 953, ad omnes substantiarum finitarum actiones, vt caussa efficiens, concurrit immediate, §. 320, ad exsistentiam enim substantiae finitae praesentem pertinet eius actio, §. 210, 55.

§. 955.

Concursus dei imimediatus est eiusdem praesentia, §. 223. Ergo deus substantiis huius mundi omnibus proxime praesens. §. 954. Quod omnibus et singulis alicuius partibus substantialibus proxime praesens est, ipsi illi rei INTIME PRAESENS * dicitur. Iam omnibus corporum partibus substantialibus in hoc vniuerso deus proxime praesens est, §. 421. Ergo deus omnibus in hoc vniuerso corporibus intime praesens est.

* auf das genaueste gegenwärtig.

§. 956.

Deus omni huius mundi monadi proxime, omni corpori praesens est intime, §. 955. idque quouis momento, et qua omnes creaturarum actiones, §. 954. Ergo deus est omnipraesentissimus.

§. 957.

Vbicunque deus est, ibi totus est, et in-

diuisus, §. 842. Ergo et qua substantiam et essentiam. §. 830, 816. Ergo deus omnibus huius mundi monadibus, et corporibus, qua substantiam et essentiam, praesens est.

§. 955.

Conseruatio virium huius vniuersi quarumcunque, in ipso earundem actu, est CONCVRSVS DEI PHYSICVS, isque, quia et quatenus ad singulas singularium substantiarum actiones extenditur, GENERALIS (vniuersalis) dicitur.

(* die allgemeine Mitwirckung Gottes.)

§. 959.

Concursus dei omnis est liberrimus, §. 932. Ergo si concurreret ad formale vllius actionis malae, fieret eiusdem auctor, §. 940. Ergo ad omnes actiones physice et moraliter malas concurrit, qua materiale, §. 958, non vero, qua formale, §. 940.

962.

CONCVRSVS caussae moralis stricte dictae est MORALIS Deus motiua cultus sui actuat, §. 947. Ergo ad quasdam actiones in hoc vniuerso concurrit moraliter, §. 946. Concursus dei moralis ad generalem accedens SPECIALIS est. Ergo deus ad quasdam in hoc vniuerso actiones concurrit specialiter.

* die sittliche. ** die besondre Mitwirckung.

§. 961.

§. 961.

Deus non est tentator ad malum, §. 941. Ergo ad formale nullarum actionum moraliter malarum concurrit moraliter, §. 940. Ergo nec specialiter, §. 960.

§. 962.

CONCVRSVS DEI supernaturalis ad specialem accedens est SPECIALISSIMVS, et in se possibilis, §. 475, et hypothetice, §. 860, et in hoc mundo actualis, quoties cunque quaedam actio in eodem per specialem dei concursum aeque bene actuari non potest, §. 498, 935.

* die besonderste Mitwirckung Gottes.

§. 963.

GVBERNATIO* est actio, qua media successiue plura ad vlteriorem aliquem finem actuantur. Quo ergo meliora, quo optimorum, hunc et via breuissima finem consequentium, §. 888, plura media, quo meliores, quo vlteriores ad fines actuantur, hoc est gubernatio perfectior, §. 185. Quos deus in creando fines habuit, habet et actuat conseruando, §. 951, 944. Dum ergo summum eum vniuersi gubernatorem veneramur, colimus optima, et viis breuissimis procedentium plurima media, ad optimos fines et tandem ad vltimum huius vniuersi scopum

ducentia, momento quouis actuantem. Dum deus gubernando 1) viribus (hinc et actionibus, §. 331.) rei creatae certum limitem constituit, DETERMINARE STRICTIVS, ** 2) finibus suis subordinat actionem rei creatae ad eosdem ab hac non susceptam DIRIGERE STRICTIVS *** dicitur.

1) die Führung. ** Maass und Schrancken setzen. *** leucken in engerer Bedeutung.

§. 964.

Primum peccatum LAPSVS dicitur, et potentia labendi LABILITAS, haec est vel absoluta, vel hypothetica, §. 15, 16. Oppositum labilitatis hypotheticae est CONFIRMATIO IN BONO.

* der Fall. ** dessen Möglichkeit. *** Bestätigung im Guthen.

§. 965.

Absoluta labilitas pertinet ad spiritus finiti essentiam, §. 46, 964. hinc est in eodem absolute necessario, §. 106. malum metaphysicum, §. 146. quae non concreata spiritui vlli, §. 931. cuius oppositum nulli creaturae concreari potuit, §. 833. Spiritus labens agit. §. 964, 788. Ergo deus ad lapsus materiale concurrit, §. 918, ad formale vero nec physice, nec moraliter §. 909, 911. Ergo nec fit auctor lapsus formaliter spectati,



ctati, nec cauſſa moralis ſtricte dicta, §. 940.

§. 966.

Lapſus eſt in ſe contingens, §. 964, dum eſt mutatio finita, §. 361. Ergo oppoſitum lapſus eſt in ſe poſſibile, §. 104. Ergo impedimentum lapſus eſt in ſe poſſibile, §. 221. Ergo deus omnem lapſum impedire potuit, §. 833.

§. 967.

IMPEDITIO MORALIS* eſt actuatio motiuorum ad oppoſitum alicuius mutationis. Deus motiua ſpiritibus ad felicitatem ipſorum actuauit plurima, §. 948. Felicitas ſpiritus eſt oppoſitum lapſus eius, §. 81, 787. Ergo deus omnem lapſum impedit moraliter.

* ſittliche Verhinderung,

§. 968.

IMPEDITIO, quae non moralis eſt PHYSICA dicitur. Lapſus eſt peccatum, §. 964, ergo actio moralis, §. 788, ergo libera ratione exſequutionis, §. 719, 722. hinc phyſice contingens, §. 709. Ergo praeter libertatem lapſi et motiua illius, §. 967. multa alia poſſibilia erant, quibus poſitis lapſus non ſequutus eſſet, qui ſequutus eſt, §. 378, impedimenta lapſus phyſica, §. 81,

221. Ergo deus lapsum etiam physice impedire potuit, §. 833.

§. 969.

Omne peccatum deus impedit moraliter, §. 967. impedire physice potest per omnipotentiam, §. 968. Non omne tamen physice impedit. Non impeditio est PERMISSIO.* Ergo est vel physica, §. 968. vel moralis, §. 967.

* Zulassung.

§. 970.

Deus nullum lapsum, §. 967. nullum peccatum, permittit moraliter, §. 969. Quaedam tamen peccata in hoc mundo permittit physice. Pone et haec physice impediri, non esset hic mundus, in quo physice impedirentur, sed alius, §. 378, minus bonus. §. 937. Ergo deus quaedam in hoc mundo peccata physice permittit, quia mundus, in quo permittuntur physice, est medium religionis optimum, §. 949, 935.

§. 971.

IVS (pro qualitate personae sumtum) SIGNIFICATV LATIORI* est facultas moralis; quique ius habet decernendi de aliqua re, quicquid placuerit, PLENVS eius DOMINVS** est. Plenum dominium in personas est POTESTAS PLENA.***

* Recht in weiter Bedeutung. ** völlig Herr davon. *** völlige Herrschaft.

§. 972.

§. 972.

Deus ius habet ad actiones ſuas rectiſſimas, §. 901, 971. In iis eſt decretum de mundo et ſingulis eius creaturis, §. 934. Ergo deus plenus mundi et omnium in eodem creaturarum dominus eſt. Ergo in ſpiritus huius mundi plenam poteſtatem habet, §. 971.

§. 973.

Qui plenam in ſpiritum poteſtatem habet, ius habet ipſum obligandi, quomodocunque placuerit. Qui ius habet ſpiritum aliquem obligandi, quomodocunque placuerit, habet ius illi leges ferendi. Auctor enim obligationis, quam lex enunciat, LEGEM FERRE* dicitur. Ius leges ferendi habens, LEGISLATOR** eſt. Ergo deus omnium ſpirituum huius mundi legislator eſt. §. 971, 972.

* Geſetze geben. ** der Geſetzgeber.

§. 974.

Qui ſolus in plures ſpiritus ſummam potentiam et poteſtatem habet, eſt eorum MONARCHA, qui plenam, eſt eorum DESPOTES. Iam deus ſolus in omnes ſpiritus creatos ſummam potentiam, §. 832, et poteſtatem, eamque plenam habet, §. 971. Ergo ſumma ipſius eſt et maxima monarchia deſpo-

despotica, cuius omnes spiritus creati sunt subditi, §. 844.

§. 975.

PROVIDENTIA DEI* est actio, qua tantum cuiuis rei creatae bonorum largitur, quantum summa bonitas potest. Ergo conseruando, §. 950, concurrendo, §. 954. gubernando, §. 963, malum moraliter impediendo, §. 967. nec physice permittendo, nisi quod impedire finibus ipsius detraheret, §. 970, ciuitatique suae leges optimas ferendo, §. 973, 974. deus exercet, PROVIDENTIAM, §. 903. 920. per caussas impulsiuas ad beatitatem, VERTICORDIAM,** per fortuita, FORTVNAM SANCTAM,*** per bona cuiusuis naturae insita, ALMAM NATVRAM. EPICVREISMVS, sententia prouidentiam dei tollens, error est, §. 515.

* die Vorsehung Gottes. ** deren hertzlenckende Kraft. *** das heilige, das göttliche in dem, was man Glück nennt.

SECTIO III.

DECRETA DIVINA.

§. 976.

Decretum de exsistentia mundi est in deo liberrimum, §. 933. hinc distinctissimam omnium mundi huius partium omnisque

boni et mali iisdem accuratissimam cognitionem sequens, §. 889, immutabile, §. 839, aeternum, §. 849, et irresistibile, §. 844, 222. Quod humano modo sic potest concipi: Propositum, προθεσις: Complexus optimorum extra deum compossibilium exsistat, §. 822, 901. Praeuisio, προγνωσις: Hic mundus optimus est complexus extra deum compossibilium optimorum, §. 935. Decretum, προοριστος: Hic mundus optimus exsistat.

§. 977.

Plures mundi, quam hic, plura finita, quam quae partes huius mundi sunt, non exsistunt, §. 379. nec deus plura de contingentibus decreuit, quam decreto de exsistentia huius mundi comprehensa, §. 976. Illud ergo, qua ad omnes huius vniuersi realitates extenditur, vniuersale, qua est, quod plura non sunt, vocatur vnicum, §. 77.

§. 978.

PARTICVLARIA DEI DECRETA * vel sunt partes decreti vniuersalis et vnici, §. 977. vel essent PRIMITIVA, ** aut opposita illi aut saltim non comprehensa sub vniuersali. Talia non sunt in deo, §. 976.

* besondre Rathschlüsse Gottes. ** uhrsprüngliche.

§. 979.

§. 979.

Decreta dei omnia ſunt actus voluntatis proportionaliſſimae obiectis, §. 894. perfectiſſime ſequentis ſcientiam gradus perfectionis vel imperfectionis in obiecto vel appetendo, vel auerſando. §. 676. Idem et ſic. pater: Pone in aliquo decreto dei praeuiſam obiecti perfectionem imperfectionemue prorſus non fuiſſe motiuum: aut eam deus ignorauit, quod contra, §. 875, aut ab eadem abſtraxit, quod contra §. 870, aut fuit eiusmodi cognitio diſtinctiſſima, ſed mortua, quod contra §. 890.

§. 980.

DECRETVM DEI ABSOLVTVM * ſi dicitur, cuius motiuum nec praeuiſa obiecti perfectio, nec imperfectio fuit; HYPOTHETICVM ** contra, quod praeuiſam obiecti perfectionem imperfectionemue ſequitur; nulla dei de contingentibus decreta ſunt abſoluta, omnia hypothetica, §. 979, ABSOLVTISMVS THEOLOGICVS eſt ſententia decreta dei de contingentibus abſoluta ponens, et error eſt, §. 515.

* der unbedingte. ** der bedingte Rathſchlus Gottes.

§. 981.

Decretum de felicitate alicuius ſpiritus aeterna PRAEDESTINATIO eſt STRICTIVS

CTIVS DUCTA,* quum LATIVS** sit decretum de futuro. Decretum de infelicitate alicuius spiritus aeterna est REPROBATIO,*** vtrumque hypotheticum, §. 980. PRAEDESTINATIANISMVS, s. absolutismus in concipienda praedestinatione strictius dicta, error est. §. 515.

* die Gnadenwahl. ** die Vorherbestimmung. *** die Verwerfung.

SECTIO V.

REVELATIO.

§. 982.

REVELATIO LATIVS DICTA* cf. §. 986, 989. est significatio mentis diuinae creaturis a deo facta. Ergo reuelatione diuina docentur creaturae cognitionem voluntatemque diuinam, nunquam omnem, §. 862, sed tantam semper, quanta placuerit prouidentiae, §. 275.

* die Offenbarung in weiterer Bedeutung.

§. 983.

Deus est auctor naturae vniuersae, §. 940, 466. Quicquid ergo per naturam suam ex natura vniuersa de dei mente cognoscit creatura, cognoscit per reuelationem diuinam, §. 982, quae naturalis est, §. 469. Talis theologia naturalis est, §. 800.

C 6 §. 984.

§. 984.

Omnia finita sunt media cognoscendae mentis diuinae, §. 858, 880. vires repraesentatiuae huius vniuersi omnes significant creatorem suum, §. 929. optimum, sapientissimum, §. 933. Ipsa anima est vis repraesentatiua dei sui, §. 741, 744.

§. 985.

Per animam ipsam, per singulas, quibus praesens est, monades, hinc et per singula corpora, et sensus, animae mens diuina reuelatur naturaliter, §. 984, per vsus singulorum, fines dei, §. 946. per cognitionem optimi voluntas eius, §. 894.

§. 996.

REVELATIO STRICTIVS DICTA,* cf. §. 982, 989. est supernaturalis reuelatio diuina hominibus per orationem facta, concursus ad religionem specialissimus, et in se possibilis, et hypothetice, et in hoc mundo actualis, quotiescunque religio per reuelationem naturalem solam aeque bene actuari non potest. 962, 949.

* die Offenbarung in enger Bedeutung.

§. 987.

Pone in hoc mundo reuelationem naturalem tantum certis indiuiduis, e. g. hominibus faciendam; pone sub iisdem circum-

cumstantiis reuelationem iisdem indiuiduis supernaturaliter faciendam mere naturali vberiorem, nobiliorem, clariorem, veriorem, certiorem, ardentiorem, §. 669. contingere potest reuelatio stricte dicta ordini huius mundi conuenientissime, §. 484. et in eodem exsistit, §. 986.

§. 988.

Pone aliquam mentis diuinae significationem in hoc mundo ad religionem admodum bonam, §. 947, sed naturaliter non actuandam, quum tamen possit actuari supernaturaliter: fiet in hoc mundo reuelatio stricte dicta, §. 496, 987.

§. 989.

Reuelatio stricte dicta naturaliter creaturis incognoscibilium, est REVELATIO STRICTISSIME DICTA,* cf. §. 982, 986. Quaecunque ergo cognitio mentis diuinae in hoc mundo ad religionem admodum bona certis creaturis est naturaliter incognoscibilis, actuatur in eodem per reuelationem strictissime dictam, §. 988.

* die Offenbarung in engerer Bedeutung.

Si quid pro reuelatione dei stricte dicta habetur, neque tamen magis gloriam dei et religionem promouet, nec vberiorem,

nec nobiliorem, nec clariorem, nec veriorem, nec certiorem, nec ardentiorem dei cognitionem ſuppeditat, quam naturalis, non eſt reuelatio dei ſtricte dicta, §. 986, 495.

In mente dei nulla eſt contradictio, §. 822. Ergo quicquid reuelationi naturali vere contradicit, non eſt reuelatio dei ſtricte dicta, §. 983, 989. nec ſtrictiſſime, §. 989.

§. 992.

Reuelatio dei ſtricte et ſtrictiſſime dicta non contradicit naturali, §. 991. hinc nec rationi obiectiue ſumtae, quatenus a ſana ratione humana ſubiectiue ſumta cognoſcitur, §. 646, 984.

§. 993.

FIDES SACRA OBIECTIVE SVMTA* eſt complexus reuelationi ſtricte dictae credendorum, vti habita reuelationi ſtricte dictae fides, eſt ſacra SVBIECTIVE SVMTA.** Ergo non ſola naturaliter prorſus creaturis incognoſcibilia pertinent ad ſacram fidem, §. 989, 986.

* der Inhalt des heiligen Glaubens. ** der heilige Glaube.

§. 994.

Fides ſacra obiectiue ſumta, quatenus ab

ab homine per fidem subiectiue sumtam creditur, non contradicit rationi obiectiue sumtae, quatenus a sana ratione humana subiectiue sumta cognoscitur, §. 992, 993.

Reuelatio stricte dicta significat summe possibilia, §. 986, 822. Iam quae contra rationem sunt, sunt impossibilia. §. 643. Ergo nec reuelatio dei stricte dicta, nec strictissima, §. 989, nec fides sacra obiectiue sumta contra rationem sunt. Quae vero contra rationem sunt, nec sunt reuelatio dei stricte, nec strictissime dicta, nec fides sacra obiectiue sumta.

§. 996.

MYSTERIA SACRA* sunt supra creaturarum rationem posita in fide sacra obiectiue sumta. In omni reuelatione strictissime dicta sunt mysteria, §. 989, 644. Ergo non repugnant reuelationi stricte dictae, §. 989, nec sunt contra rationem §. 643.

* heilige Geheimnisse.

§. 997.

In omni sua reuelatione deus est maxime sincerus, §. 919. hinc sapientia ipsius orationem aptissimum signum significandae mentis diuinae hominibus iudicante

eamque supernaturaliter actuatam, est in reuelatione stricte dicta veracissimus, §. 920. §. 998.

In reuelatione stricte et strictissime sumta deus testis est §. 986, 946. maxime sincerus et dexterrimus, §. 997, 889. hinc fide dignissimus, cuius reuelatio stricte dicta summam dat fidei certitudinem. §. 999.

NATVRALISTA SIGNIFICATV STRICTIORI (cf. §. 493.) est negans in hoc mundo reuelationem dei stricte dictam. ATHEVS (theoreticus) negans dei existentiam, errat §. 811, 854. Naturalismus significatu neutro ponit atheismum necessario. §. 493. §. 1000.

Naturalista significatu strictiori, negans reuelationem stricte dictam in hoc mundo existere, quia 1) est euentus supernaturalis §. 986. hinc impossibilis, errat §. 869. 2) fidem sacram putat esse contra rationem, hinc impossibilem, errat, §. 995. 3) negat providentiam in genus humanum, et errat §. 975. sua culpa §. 982, 936. ignarus dei benignissimi §. 993.

Cuius semper bonos, nomen, laudesque manebunt.

INDEX.

INDEX.

Absens § 123
Absolutae determinationes, 37
Abstractio 625. 629. 638
Absonum 13.
Abstractum, 149
Abstrahere 529. 636
Absurdum 13.
Abusus, 338.
Aceidens 191. 194. 201
Accidentia praedicabilia
Acquiescentia in se ipso 682
Actio 210. 214. 342. 700. 702. 705. 707. 709. 712. 715. 720. 724. 727. 728. 731. 744. 766. 783. 789. 897. 901. 902
arbitraria 712.
coacta per coactionem externam secundum quid 714.
coacta per violentiam 728. 729
coacta per violentiam simpliciter sumtam 714.
coacta per violentiam externam 714.
involuntaria 721. 722.
libera 719. 721. 722.
libera a coactione externa simpliciter tanta
libera a coactione interna
libera a coactione interna et externa
libera a coactione interna et externa simpliciter tanta
libera a violentia
libera a violentia externa
libera a violentia externa simpliciter tanta
libera a violentia interna
libera a violentia interna et externa
libera a violentia interna et externa simpliciter tanta
libera a violentia interna simpliciter tanta
libera a violentia simpliciter tanta
libera a violentia simpliciter tanta
libera a violentia

terna tam absoluta quam physica 710
libera a coactione intrinseca et absoluta 797
Actio libera ratione exsequutionis 708. 710
Actio libertati directe subest 731
libertati indirecte subest 731
mere naturalis 708.
moralis 723. 758
simplex 704. 711
spontanea 704. 711
transiens 211. 410
voluntaria 721. 722
Actiuus 698
Actuale 54. 57. 273. 279. 306
Actus animae eliciti 730
animae imperati 730
Acumen 573. 575. 578. 586. 640. 641
Acuti sensu eminentiori 648
Adiaphoron obiectiue subiectiue 654
Adiuncta 80
Admiratio 687
Aequalia 70. 272. 275
Aequalitas 265. 267. 749
accidentalis 266
essentialis 266
Aequilibrium 418
Aequitas 918
Aestheteria 536. 537. 540
Aesthetica 533
empirica 544
phantasiae 570
perspicaciae 575
mnemonica 587
mythica 542
mantica 604
critica 607
characteristica 622
pathologia 678
Aestimatio 337
Aetas 281
Aeternitas 302
Aeuiternitas 302
Affectiones 14. 43. 45. 678
Affectus 678. 680. 681. 735
grati 679
ingrati 679
iucundi 679
mixti 679
molesti 679
Agathodaemones 796
Agere 210
Aliquid 8
Amor 684
Analogon modorum 827
per reductionem s. eminentiam, analogiam et excellentiam Deo tribuendum 826
rationis 640. 647
Anceps 699
Angustia cognitionis 515

Augu-

Augustum 280
Anima 504. 507. 510. 513. 519. 529. 534. 705. 707. 720. 729. 733. 734. 739. 756. 765. 792. 793. 795
humana 740. 747 750. 754. 756. 757. 760. 762. 766. 767. 772. 780. 786. 789. 791. 929. 984
humana beata 791
humana damnata 791
mere sensitiua 792
separata 742
Animal 740. 777
rationale 792
vsuit 777
Animositas 683
Animus gratus 684
indifferens partialiter 653
indifferens totaliter 653
Annihilatio 228. 229. 837. 968
Anthropognosia 747
Anthropologia 747
Antropomorphismus crassior 848
subtilior 849
Antipathia 677
Antitypia 294
Apotheosis 748
Apparens 13
Appetere 663. 664
contra lubitum 713
illubenter 713
inuitum 713
lubenter 713
Appetitio 663. 667. 673. 744. 755
efficiens 671. 673
inefficiens 671
minus plena 671. 672
plena 671. 672
rationalis 689
sensitiua 676
Appetitus 663. 667
Arbitrium 713. 717. 718. 726
liberum 719
sensitiuum 719. 720
Archetypon 346
Architectonica 587
Ars mnemonica 587
Assistentianus vniuersalis 452
Associatio idearum 561
Atheus 999
Atomus 230. 424
materialis 429
naturae 424
Attendere 529. 535. 636. 638
Attentio 625. 627. 628. 638
eius extensio 628
eius intensio 628
protensio 628
Attributa 50. 64. 107. 132. 163. 195. 277. 278
communia 51

pro-

propria 51
Auctor 940
Audacia 683
Auditus 536
Auersari 663. 664
contra lubitum 713
illubenter 713
iuuitum 713
lubenter 713
Auersatio 663. 667. 673. 744. 755
efficiens 671. 673
inefficiens 671
minus plena 671
plena 671
Auersatio rationalis 689
sensitiua 676
Augere 162
Automaton 705
Auxilium 341

Beatitudo 787. 948
Beneficium 903. 909
Beneuolentia 684
Benignitas 903
Bliteus 578
Bonitas 903
Bonum 100. 185. 665. 666
contingens 147
metaphysicum 147
mihi 660
mihi aduentitium s. externum 660
mihi domesticum s. internum 660
morale 787
physicum late dictum 147. 264
physicum stricte dictum 787
Breue 299
Brutum 892

Cacodaemones
Campus adaequationis 514
claritatis 514
confusionis 514
distinctionis 514
obscuritatis 514
Capacitas 216
Caput obtusum 578
stupidum 578
Caro 676
Casus 383
purus 383
Causa 318. 336. 329
administra 322
auxiliaris 320
deficiens 319. 326. 328
efficiens 319. 326. 328
instrumentalis 322
ministerialis 322
moralis stricte dicta 940
occasionalis 323. 326. 328
primaria s. principalis 314
socia 320. 335
solitaria 314. 321
Caussae impulsiuae 342 900
impul-

impulsiuae completae 695
impulsiuae incompletae 695
Caussalitas 313
Caussatum 307. 326. 328
Certitudo obiectiua 93
moralis 723
subiectiua 531
Character 67
distinctinus 67
strictius dictus nominalis, realis, hieroglyphicus 350
Characteristica 349. 622
combinatoria 349
Characteristica hermeneutica 349
heuristica 349
Chimaerae 500. 501
Circumspectus 669
Circumstantia 323. 324
Ciuitas Dei 674
Claritas extensiue maior 531
intensiue maior 531
Clementia 684
Coactio 701
ab extra 707
absoluta 702
actiua 701
externa simpliciter talis 707
interna 710
moralis 725
passiua 701
significatu stricto 714
Coexsistentiani 771
Cogere semet ipsum 714 727
Cognitio crassa exacta 515
fortior, debilior 515
certa et incerta 531
intuitiua 620. 621
mortua 671. 669
mouens, iners 669
completa et incomple- 671
Cymbolica 620. 621
viua 652. 669 669. 671
Cohaerentia 414
Collectio animi 638
Collisio regularum 677
Commercium substantiarum mundanarum 448
Commiseratio 687
Commodum 658
Commune 86
Comparatio 626. 627
Complacentia 655. 891 893
Complementa ad totum 155
Compos 552
Comprehensibile 862
Concaussae 314
earum concursus 314
coordinatae 315
secundariae 314
subordinatae accidentaliter 316
subordinatae essentialiter 316

Con-

Conceptibile 632
in se 632
relatiue 633
Conceptio 632
Concreatianus 773
Concretum 149
Concursus concaussarum 314
Dei 959
Dei generalis 958
Dei immediatus 955
Dei moralis 960
Dei physicus 958
Dei specialis 960
Dei specialissimus 961
Dei vniuersalis 958
Concursus moralis 960
Conditio 114
Confirmatio in bono 964
Conflictus 213. 408
Confuse cogitans 510
Confusio 79. 87
Congruentia 70. 266. 267. 270. 275
accidentalis 266
essentialis 266
Coniunctio 86
Coniungi 78
Connexa 14. 33. 751
Conscientia sensu strictiori 535
Consensus facultatis appetitiuae inferioris et superioris 693
Consentire 94
Conseruatio 950. 951
Constans 699
Consuetudo 650
Contactus 223
Contigua 284
Contingens 101. 105. 114. 188
extrinsecus 104
in se s. per se 104
Contingentia 104. 114
Contingere 223
Continuum 285
Contra rationem 643. 995
Contradictio 12. 99
directa, explicita, immediata, patens 13
indirecta, implicita, latens, mediata 13
Conuictio 531
Conuincens 551
Coordinatio 78
Corporeum 422
Corpus 296, 419. 420. 431. 433. 741. 762. 764. 767. 770. 785. 786. 929
mathematicum 289
meum 508. 509. 738. 739
mysticum 742
physicum 296
Corpuscula 425
deriuatiua 426
primitiua 426
Correlata 312
Corruptio moralis 788
physica 746
Cosmologia empirica 351. 353
gene-

generalis 351. 352
rationalis 351
Creare 926
Creatiani 772
Creatio per emanationem 917
Creatura 928. 949. 983
Critica significatu latiori et latissimo 607
Criticus significatu generali 607
Cultura rationis 646
Cupiditas 683
Curiositas 688
historica 688
mathematica 688
hilosophica 688
Cursus naturae 471
contra illum eueniens 480
Damnum, late dictum 788
Decreta Dei 979. 980
particularia 978
primitiua 978
Decretum 695. 976. 977
Dei absolutum 980
Dei hypotheticum 980
Defectus 82. 178. 179
Deformitas 662
Deismus 862
Delectans 658
Deliberans caussas impulsiuas numerat 697
eas ponderat 697
connumerat 697
eligit 697
profert 697
rationes subducit s. calculat 697
tentat 697
Deliberatio 696
Deliquium animi 556
illud pati 555
Deliri 594
Delirium 594
Desiderium 686
Desperatio 686
Despotes 974
Destinata 341
Determinabile 34
Determinans 34
strictius 963
Determinationes 36. 47. 49. 52. 56. 63. 67. 84. 110. 113. 132. 164. 176. 177. 839
externae, extrinsecae, relatiuae, respectiue, absolutae 37
inseparabiles 72
internae, intrinsecae 37
morales 713
rationi conformis, consentiens, conueniens 80
rationi contraria, difformis, disconueniens 82
Determinatum 34
Determinatus 699
Deus 811. 814. 818. 825. 828. 857. 859. 861. 880. 882. 899. 904. 906. 909. 914. 926. 932. 934.

984. 939. 941. 943.
944. 945. 950. 952.
957. 959. 963. 965.
967. 969. 970. 972.
975. 977. 978. 983.
985. 997. 998
Dexteritas 219
Dialectus 350
Dictum de omni et nullo 154
Differentia 67. 151
generica 151
numerica 151
specifica 151
Difficile 527
certo subiecto 527
Dignitas cognitionis 515
Dignitas rationis 166
Diiudicare 606
Dimensio 291
Dippelianismus philosophicus 910
Dirigere strictius 963
Discongruentia 70
Discrimen 67. 68. 69
Displicentia 655. 891. 892
Displicere 651
Disproportio 575
Dissensus facultatis appetitiuae inferioris et superioris 693
Dissimilia 70
Dissuasiones 728
Distantia 284
linearum 288
Distinctio 97
Distrahi 638
Diuersa 88
Diuinatio 616
Diuisio 944
Diuturnum 299
Dominus plenus 971
Donum propheticum 616
Dormiens 556
Dormitare 555
Dualista 465
Duratio 299
Dynamica 204
Eadem 38. 269. 274
Ebrius 554
Eclipses iudicii 609
Ecstasis 552. 553
Ecthlipsis 556
Effectus 319. 326. 328. 332. 333
aequiuocus 329
continuus s. immediatus 330
mediatus s. remotus 330
minus plenus 330
plenus 330. 331
vniuocus 329
Efficacia 197
Egoista 392. 438
Elateres animi 669. 690
Elementa 420. 424. 929
Eloquentia 622
Emphasis et emphaseologia 517
Energia 197

Ens

Ens 61. 63. 64. 65. 73. 90. 93. 99. 100. 268. 852
ab alio 307
actu 298. 305
a se 307. 309
completum 158
compositum 224. 225. 234. 235. 241. 245
Ens contingens 109. 112. 133. 134. 255. 308. 334. 376. 850
dependens 307
extramundanum 388
fictum 62
finitum 248. 254. 257. 260. 262. 264. 308. 334. 748
ens in abstracto et concreto spectatum 149
incompletum 158
independens 307
infinitum 248. 252. 253. 256. 259. 303. 310
Ens in potentia proxima 304
in potentia remota 304
necessarium 109. 111. 138. 227. 228. 258. 310. 827
negatiuum stricte dictum 137.
perfectissimum 803 810
per se subsistens 191
priuatiuum 137
rationis 62
sanctissimum 828
simplex 224
simultaneum 238
successiuum 238
superius 925
supramundanum 925
Entia in potentia 298
negatiua 135. 136. 139
realia 135
Epicureismus 976
Error 915
Esse rei 40
Essentia 40. 44. 46. 63. 64. 106. 132. 163. 171. 226. 277. 278. 345. 467. 867. 868. 931. 952
Essentialia 39. 63. 73. 107. 110. 132. 163. 195
Etymologia 622
Eueniens secundum cursum naturae 473
sceundum ordinem naturae 473
Euentus 323. 435. 876
extraordinarius 384
extraordinarius absolute 384. 385
extraordinarius relatiue 384
inordinatus 384
naturalis supernaturali contradistinctus 469
naturalis praeternaturali contradistinctus 469
ordinarius 384

prae-

praeternaturalis 474
480. 759
supernaturalis 474
Euidentia 531
Euigilare 552
Exceptio 97. 186
Exemplar 346
Exemplatum s. ectypon 346
Exercitium 577
Experientia 544
Explicans 531
Exsilium mortis 279
Exsistentia 55. 66. 110. 132. 298. 810. 823. 824. 856. 880. 934. 935
Exspectatio casuum similium 611. 617. 640
Extensio cognitionis 515
Extensum 241
partialiter heterogeneum, difforme, dissimilare 407
totaliter homogeneum, vniforme, similare 407
Extorsio 728
Extra se rapi 552
Facile 527
certo su iecto 527
Facta 940
Facultas 216. 218. 219. 744
appetitiua 663. 665. 667. 712
Facultas appetitiua inferior 676
appetitiua superior 689. 690
appetitiua vincit 693
694
characteristica 619
cognoscitiua 519
cognoscitiua inferior 520
cognoscitiua superior 622
comparandi 626
composita 217
concupiscibilis 676
diiudicandi 606. 608. 640. 641
diiudicandi, pradceps 608
diuinatrix 616
fingendi s. poetica 589. 590. 592. 594. 609. 640
identitates diuersitatesque rerum percipiendi 572. 640. 641
idealis 217
irascibilis 676
locomutiua 750
praesumendi 612. 613
praeuidendi 595. 599
realis 217
reflectendi 626
simplex 217
Fallaciae sensuum 545. 546. 548. 588. 737. 738
Fanatici 594
Fastidium 686

Fata-

Fatalismus 598
Fatum 382
physico - mechanicum s. physicum 435
spinosisticum 382
Fauor 684
Felicitas 787. 948. 967
Fictiones 590
Fidelitas 905
Fides theologica obiectiue sumta 993. 998
Fiducia 683
Figura 280
Fingere 589
Finis 248. 301. 341. 343. 946. 947
vltimus 343
Finita 341
Finitudo 261
Finitum 248. 249. 264. 250. 661. 833. 984
Firmus 698
Flexilis 698
Focus perfectionis 94
Foecunditas rationis 166
Forma 40. 345
Formale totius 46
euentus 914
mali physici 952
Fortuita 912
Fortuna bona 912
mala 912
Fuga 677
Fundus animae 510
Furiosi 688
Futura 298
contingentia 709
Gaudium 682
Genus 150. 153
infimum 150
subalternum 150
summum 150
Gloria 684. 942
Dei 942. 947. 949
Gradus 246. 247
Grammatica 622
vniuersalis 622
Graphice 6[illegible]
Gratitudo 684
Gratum 6[illegible]
Grauitas rationis 1[illegible]
Gubernatio 963
Gustus 536
corruptus 608
significatu latiori 607
Habitus 319
acquisiti 577
connati 577
infusi 577
morales 723
theoretici 577
Haecceitas 151
Harmonia 167
Harmonia facultatis appetitiuae inferioris et superioris 693
praestabilita particularis 462
praestabilita vniuersalis 448. 463
Harmonista psychologicus 769
vniuersalis 448
Hilaritas 682
Homo 740. 747. 792
quotidie moritur 779
quotidie reuiuiscit 779

Honor 342
Horror 686
Hypnopsychitae 782
Hypothesis 14

Ictus 301
Ideae materiales 560
Idealista 402. 438.
Identitas 174
accidentalis 266
essentialis 266
numerica 269
partialis 267
totalis 267. 749
Idioma 350
Ignorantia 875
Ignotum mihi 651. 654
mihi partialiter 652
Illecebrae 728
Illicitum 723
Illimitatum 348
Illustrans 53
Illustratio gloriae diuinae 947
Imaginatio 557. 558. 561. 562. 564. 566. 570. 578. 752
Imagines 552
Imbecillitas cognitionis 515
Immateriale 422
Immensum 861
Immortalitas animae humanae 781
Immutabile 125. 128
Immutabilitas 127
Impartibilitas 917
Impedimentum 221
Impeditio moralis 967
physica 968
Imperfectio 121. 142. 145.
contrarie dicta 121
priuatiue dicta 121
Imperium animae 730
animae in se ipsam 730
Implicans 7
Impossibile 7. 58. 643. 809. 833
absolute, in se, intrinsecus, simpliciter 15
alicui 833
hypothetice, extrinsecus, respectiue, secundum quid 17
moraliter 723
physice 469
Impotentia mere naturalis 469
Inaequalia 70
Inanes argutationes 576
Incommodum 658
Incomprehensibile 862
Inconceptibile in se s. absolute 633
relatiue 633
Inconsideratus 699
Inconstans 699
Incorporeum 422
Incorruptibile physice 746
Indefinitum 248
Indeterminatum 34
Indeterminatus 699
Indoles 732
abiecta 732
erecta 732
Indifferens absolute 654
mihi s. sum erga illud 651. 652
mihi plenarie 652. 664
mihi

mihi relatiue 654
relatiue 654
subiectiue 654
Indiuiduum 148. 153
Indiuisibile
Inducciani 771. 772
Inebriari 554
Infallibilis 879
Infans 639
Infelicitas 788
Inferius 148
Infinitudo 261
Infinitum 248. 251
Influxionista psychologicus 769
vniuersalis 450. 451
Influxus 211. 408. 410. 411. 736
idealis 212
physicus 450
physicus vniuersalis 450
realis 212
Infortunium 912
Infusiani 771
Ingenii illusiones 576. 578
Lusus s. foetus 576
Ingenioso sensu eminentiori 648
Ingenium criticum 649
diuinatorium 649
excitatur 648
historicum 649
latius dictum 648
mathematicum 649
mechanicum 649
musicum 649
poeticum 649
strictius dictum 572
574. 575. 578. 586. 640. 641
superius 649
tardum 648
torpescere 648
vegetum 648
vniuersale 649
Ingratum 658
inhaerentia 192
Initium 301
Innocens 909
Innopportunitas 323
Inordinatio 79
Inseparabilitas 76
insignia 350
Instans 300
Instantaneum 299
Instinctus 677
Intellectuale 402
Intellectus 402. 631. 637
profunditas 637
puritas 637
visus 639
Intelligentes sensu eminentiori 648
Intelligere 69
Intempestiuitas 323
Intendi 247
Intensio 247
Interitus 227. 229. 837
Interruptum 285
Intuitus 620
Inuidia 687
Ira 687
Irrationabile 643
Irrationale 19
Irrepraesentabile 7
Irrisio 684

Iucundum 658
Iudicioſi ſenſu eminentiori 648
Iudicium 606. 607. 609. 640. 641
eius eclipſes 608
eius maturitas 608
penetrans 606
practicum 606
praeceps 608
ſenſuum 608. 640
theoreticum 606
Ius naturae laciſſimum 472
ſignificatu latiori 971
Iuſtitia 906
punitiua 910
remuneratoria 907. 911
vindicatiua 910. 911
vindicatrix 910
vltrix 910
Iuuans 321
Iuuare 321

L abilitas 964. 965
Laetitia 682
Languidus 699
Lapſus 964. 966
memoriae 586
Latitudo 290
Leges morales 723
motus 432
mutationum 472
Legislator 973
Lethaei poculi patroni 783
Lex 83, 180. 181
abſtractionis 619
acuminis 627
arbitrii 726
attentionis 729
debilis 180
facultatis appetitiuae 665
facultatis diiudicandi 607
facultatis fingendi 589
fortis 180
imaginationis 561
inferior 182
ingenii 574
intellectus 631
memoriae 580
moralis vniuerſaliſſima 724
optimi ſtrictior 482, 484
praeſagitionis 611
praeniſionis 596
rationis 641
reminiſcentiae 583
ſenſationis 541
ſignatricis facultatis 520
ſuperior 182
Lexica 628
Liberale 730
Libertas 719. 720. 725. 750. 756. 902
eius regula 726
pura 719. 720
Licitum 723
Limes 248
Limes eſſentialis 249
Limitatum 248
Linea 286. 292
breuiſſima, recta, curua 287
Lingua particularis 350
vniuerſalis 350
Lipothymia 556
Lipopſychia 556

Locus 281. 325
Longanimitas 916
Longitudo 290
Lubitus 712, 725. 755
Lucta facultatis appetitiuae inferioris et ſuperioris 693
Luctus 685

M achina 433
Magnitudo abſoluta 159
comparatiua 161
quantitatiua 243
Maius 160
Malèuolentia 684
Malum 146, 665. 666. 790. 914
contingens 146
culpae 788
metaphyſicum 146. 931. 952
mihi 660
mihi aduentitium ſ. externum 660
mihi domeſticum ſ. internum 660
morale 788. 952
phyſicum late ſumtum 146. 263. 915
ſtricte ſumtum 788
eius formale 952
Manichaeismus 844
Mantica 349. 616
Materia 295. 345. 416. 427. 428
circa quam 344
cogitans 742
ex qua 344
in qua 344
prima 295
ſecunda 296
Materiae primae 523
Materiale 422
proximum 914
remotum 914
Materialiſta vniuerſalis 395. 439. 757. 840
cosmologicus 395
ſignificatu pſychologico 757
Mathematice ſolidum 289. 292
Matheſis intenſorum 249
Maturitas iudicii 609
Maxima 699
Maximum 161
Mechaniſmus 433
Melancholici 688
Memoria 579. 580. 609. 646. 64
bona 585
capax 585
felix 585
fida 586
firma 585
Memoria labilis 586
localis 584
promta 585
tenere 582
vaſta 585
vegeta 585
Memoriae lapſus 586
mandare 581
Memorioſi ſenſu eminentiori 648
Mens mota 552

Mensura 291
Mentis excessus 552
Mente capti 639
Metaphysica 1. 2
naturalis 3
Metempsychosis 784
Methodus et methodicum 515
Metiri 291
Metus 686
Minae 728
Minimum 161
Minui 162
Minus 160
Miraculum 474.475.479.480.481.484.485.489.492.495.496.498.834.860
comparatiuum 477
emendans 497
pneumaticum 486
quoad nos 478
rigorosum 477
supplens 497
Miseria 788
Misericordia 634
Modi 50. 65. 108. 111. 133. 195. 262
Modificatio 209
Moeror 685
Moestitia 685
Molestum 658
Momentaneum 299
Momentum 300
Monadatum 496
Monarcha 674
Monas 232. 236. 237. 242. 244. 280. 396. 397. 402. 408. 409. 413. 415. 418. 424. 433. 928. 953
nuda 401
Morale 723
Morbus caducus 552
comitialis 552
herculeus 552
Mors 430. 556. 776. 777. 785
animae humanae 780. 784
animalis 777
animalis absoluta 778
animalis respectiua 778
corporis humani 776. 777. 784
hominis 778
in genere 776
Mortale, mortalitas 781
Motiuum 690. 691. 693. 694. 712. 715. 726
Motus 283. 294
arbitrarii corporis 753. 734. 737. 768
euanescens 417
particularis 417
voluntarii 733. 734
Multa 74
Multitudo absoluta 74. 75
comparatiua 161
Mundus 354. 376. 378. 379. 388. 392. 395. 403. 406. 417. 418. 434. 442. 472. 836. 853. 857. 930. 932. 934. 938. 943. 950. 970. 977
adspectabilis 869
fabulosus 91. 120. 359
intelligibilis 869

Mundus perfectissimus 436. 441. 443. 444. 447. 461. 462. 464. 465. 494. 495. 497. 499
sensibilis 869
Musica latius dicta 78
Mutabile 125. 128. 129. 131
Mutabilitas 127. 190
Mutari 125
Mutatio 125. 126. 707. 764. 790
harmonica 448. 738. 763. 764. 777
Mysteria 996

Natura 40. 430. 431. 859
Dei 859
vniuersa 466. 468
alma 975
Naturale respectu animae humanae 758. 759
respectu certi corporis 469. 473
respectu certi mundi corporei 469
respectu certi mundi pneumatici 470
respectu certi spiritus contingentis 478
Naturalista latius dictus 493. 499. 500. 860. 999
strictius dictus 999. 1000
Naturaliter impossibile 470
possibile 470
Necessarium 101. 165. 114. 129. 130
absolute, geometrice, intrinsece, logice, metaphysice 102
hypothetice, secundum quid 102
moraliter 723. 725
Necessitas 102. 114
moralis 723. 724
Necessitatio 701
absoluta 702
actiua 701
externa 707
externa simpliciter talis 707
interna 710
moralis 723
passiua 701
Negatio 36. 142. 807
stricte dicta 137. 142
Nexus 14. 167
causalis 313
efficiens 335. 358
exemplaris 346. 358
finalis 343. 358
formalis 345. 358
mechanicus 444
pneumaticus 403
significatiuus 347. 358
Nexus subiectiuus 345. 358
typicus 346. 358
vniuersalis 48. 172. 279. 306. 356. 752
vsuum 339. 358
vtilitatis 338. 358
Nihil negatiuum 7. 9
priuatiuum 54
Nobilitas rationis 166
Noctambuli 594
Nolitio 690. 720. 766
antecedens, excitatoria, inclinatoria praeuia 695

consequens, decisiua, decretoria, finalis 695
pura 692
Noluntas 690. 691
proportionalis 894
Non actuale 60
Non ens 54. 62
Non esse apud se 552
Norma 83
Nota 67. 523. 526
characteristica 67
Numerus absolutus 159
comparatiuus 161

Obdormire 555
Obiectum 344
Obligatio moralis 723
Obliuisci alicuius sui 582 552
Obliuio 582
Obliuiositas 586
Obseruabilia 525
Obstaculum 221
Occasio 323. 326-328
Occasionalista psychologicus 769
vniuersalis 452. 453
Odium 687
Olfactus 536
Omnimoda determinatio 148
Omnipotentia 832. 833
Omniscientia 889
Onirocritica 623
Ontologia 4. 5. 6
Ontosophia 4
Opportunitas 323
Opposita 81
Oratio 350
Oratoria 622
Ordo 78. 86. 117. 175. 183. 189
compositus 88
naturae 472
contra ordinem naturae eueniens 481
simplex 88
Organa sensuum 36
Origo 430
Orthographia latius dicta 522
Ortus 227. 229. 847
ex nihilo 228. 229. 837

Palingenesia 784
Partes 155
actuales 156
potentiales 156
Paruitas 161
Passio 210. 214. 215. 678. 700
dominans 732
idealis 212
realis 212
Pathologia 678
aesthetica 678
psychologica 678
practica 678
Pati 210
Patientia 916
Paucitas 161
Peccata 788. 915. 969
Peccator 909
Perceptio adhaerens 530
clara 528. 531. 532
complexa 530
distincta 522
dominatur in anima 516

euoluitur 559
extensiue distinctior 634. 636
intensiue distinctior 634. 636
inuoluitur 559
negatiua 525
negatiua partialiter 525
obscura 517. 522. 528
partialis 514
positiua 525
praegnans 517
primaria 530
producitur 559
purior 634
recurrit 559
regnat 516
reproducitur 559
secundaria 530
Perceptio totalis 514
viuida 531. 532
Perceptiones partiales 514
praegnantes 517
sociae 516
Perdurabile 299
Perfectio 94. 122. 123. 132. 141. 145. 163. 185. 189. 803. 804. 816. 817. 937
accidentalis 98
composita 96
Dei 804
Dei absoluta 815. 844. 861
Dei operatiua 815
Dei quiescens 815
Dei respectiua 815
externa 98
interna 98. 824. 900
simplex 96
transcendentalis 98
Permissio 969
Personalitas 641. 782
Perspicacia 573
Perspicuitas 931
Persuasio 531
Pertinax 699
Perturbationes animi 678
Phaenomena 415
subsistantiata 193. 201
Phantasia 558. 559. 565. 594
effraenis 571
subacta 571
Phantasma 557. 563
vanum 571. 588. 591
Phantastae 584
Philanthropia 905
Philologia, vniuersalis 622
Philosophia atomistica 429
corpuscularis 425
mechanica 435
moralis 723
Philosophia pigrorum 423
prima 4
Physice impossibile, possibile, contingens, necessarium simpliciter & secundum quid 469
Placere 651
Poena 908. 913-915
arbitraria 908. 912
naturalis 908. 911
Poenitentia 685
Poetica vniuersalis 622
Polytheismus 836
Pondus rationis 166

Positus 85. 512
Possibile 8. 18. 23. 24. 53. 59. 632. 643. 932
absolute, in se, intrinsecus, simpliciter 15
alicuius mundi 377
huius mundi 377
hypothetice, extrinsecus, respective, secundum quid 16
moraliter 723
physice 469
Possibilitas 103. 165. 168
Posterius 300
Postremum 300
Potentia 832
actiua 216
passiua 216
Potestas plena 971
Praedestinatio 981
Praedicata secundaria 50
Praedominium taedii 656 657
voluptatis 656
Praeexsistentianus 770. 772
Praeiudicium Thomisticum 548
Praemium 907
arbitrarium 908. 911. 912
naturale 908. 911
Praesagia 610. 612. 617
vana 617
Praesagiens 610
Praesagitio significatu latiori 610. 611. 614. 615. 641
Praescientia 875
Praescindere 589. 619
Praesens 223
intime 955
Praesensiones 605
Praesentia 223
tempore 298
Praestigiae 547
efficaces 547. 548
inefficaces 547
Praesumens 612. 613
Praeterita 298
Praeuisio 595-598. 600-604 609. 713. 752
fallax 605. 618. 621
impletur 605
Pretium 337
Primum 300
Principiatum 307. 326. 328
Principium 307 326. 328
absolute primum 7
adaequatum 311
catholicum 92
cognoscendi 311
contradictionis 7
conuenientiae 22
essendi 311
exclusi tertii s. medii 10
fiendi 311
identitatis 11
indiscernibilium late sumtum 269
indiscernibilium stricte sumtum 271
indiuiduationis 151
negandae totalis dissimilitudinis et diuersitatis 268
negatae totalis identitatis 269
congruentiae 270
similitudinis 271
aequalitatis 272
positionis 11
rationati 23
rationis 20
rationis sufficientis 22
Priuatio 137. 138. 144. 263
Prius 300
Probans 531
Prodigium 478
Profunditas 290
Prognosticon 248
Progressus in infinitum 380. 381
curuilineus s. circularis 380
rectilineus 380
Promtitudo 219
Promtus 699
Proportio 572
Prosperitas 787. 948
Prospicientia 641
Propagatio animae humanae per traducem 773. 775
Propiora 288
Proprium 86
Prosodia 622
Prouidentia 641
Dei 975
Prouidi sensu eminentiori 648
Prudentia 882
Psychologia 501. 502
empirica 503
rationalis 503
Psychologice maiorennis 639
minorennis 639
Psychopannychitae 782
Pudor 687
Pulcritudo 662
intellectus 637
Punctum sensationis 537
Puncta 286
matematica, Zenonica physica 399
Puritas 637
Pusillanimitas 686

Qualitates 69. 71
Quantitas 69
continua 159
discreta 159
mensurata 291
virtutis 246
Quidditas 40
Quies 283
absoluta 417
relatiua 417
Quiescere 283

Rapi extra se 552
Raritas 161
Ratio 14. 25. 30. 31. 166. 170. 640. 641. 642. 645
corrupta 646. 647
formalis 40
immediata 27
insufficiens 21
mediata 27
obiectiue sumta 646
perfectionis determinans 94
proxima 27
remota 27
sana 646
simpliciter et secundum quid talis 28
suffi-

sufficiens 21. 169. 170. 276. 278
vlterior 27
vltima 28
Ratiocinia 646
Rationabile 643. 644
Rationabiles sensu eminentiori 648
Rationale 19
Rationatum 14. 26. 29. 32. 276. 278
rationes et rationata coordinata et subordinata 28
Reactio 213. 214. 412
Reale 248
Realitas 36. 140. 147. 743. 807. 808. 843. 844
Realissimum 190
Receptiuitas 216. 218
idealis 217
realis 217
Recognoscere s. recordari 579
Recordatio diuina 875
Rectitudo actionis 901
Reflexio 626. 627
Regimen animae in corpus 733. 735
Regnum lucis 518
tenebrarum 518
Regressus in infinitum 380
Regula 83
comparationis 627
exspectationis casuum similium 612
facultatis fingendi 590
facultatis praesumendi 613
libertatis 726
praescindendi 629
reflexionis 627
reminiscentiae 583
sensationis externae 541
sensationis internae 541
Regulae motus 432
Relationes 37. 195. 262
Religio 947 949
Remedium 341. 342. 884. 886. 887
certum 885
consequens finem ex asse 887
Reminiscentia 582. 583. 609
Reminisci 582
Remmitti 247
Remotiora 288
Remuneratio 907
Repraesentatio sensitiua 521. 522
Repraesentationes debiliores 515
fortiores 515
Repraesento pro positu corporis 512
Reprobatio 981
Res facti 298
Resistentia 222
Resoluens 531
Respectus 37
Respectiuae determinationes 37
Reuelatio 982
strictissime dicta 989. 991. 992. 995. 998
strictius dicta 986-988. 990 992. 995. 998
Reuocare aliquid in memoriam 582
Rhetorica 622
Robur cognitionis 515
Robur legis 180

Sagacitas rationis 645
Saltus absolutus 386. 387
respectiuus 386
Sanctitas 828
Sapientia 882
Sapor non publicus, delicatus 608
Satisfactio 682
Scientia libera 875. 881. 893
media 876
simplicis intelligentiae 874
visionis 875
Scopus 343
Scrutator cordium 869
Sedes animae humanae 745
Semiotica s. Semiologia 349
Semper-hilaris 698
Semper tristis 698
Sempiternitas 302
Sensatio 529. 534. 537. 538. 541. 542. 544. 546. 549-551. 562. 578. 638. 736. 737. 752. 768
externa 535. 537. 538. 541. 543
interna 535. 541
Sensualia 708
Sensus 535. 539
acutus 540
externus 535-540
hebes 540
internus 535
Sentire 534
Separari 72
Seruile 730
Seruitus moralis significatu malo 730
Siccitas orationis et cogitt. 532
Signatum 347
Significatus 347
Signum 347
demonstratiuum 348
essentiale 349
mnemonicum s. rememoratiuum 348
primitiuum, prognosticon, derinatiuum 348. 349
Similia 70. 271. 275
Similitudo 265. 267. 749
accidentalis 266
essentialis 266
Simplex significatu malo 639
Simultanea 238. 240. 282. 306
Sinceritas 919
Singulare 48. 152. 516
Situs 284
Socinianismus philosophicus 875
Socors 698
Soliditas 645
Somniare 593
Somnium obiectiue sumtum 91. 120

Subiectiue sumtum 593
Subiectiue sumtum 593
Somnus 556. 623
Spatiosum 280
Spatium 239. 240. 293
replens 241
Species 150. 153
Speculatio 669
Spectatum in abstracto 149
in concreto 149
in se 15
Sphaera sensationis 537
Spes 683
Spinocismus theologicus 855
Spiritus 402. 404 405. 476 477. 755. 796 797. 799. 857. 909. 974
inferiores 796
superiores 796. 798
Splendor orationis et cogitt. 532
Spontaneitas minima 706
Status 205
aequilibrii partialis 661 670 673. 675. 694
aequilibrii perfecti 670. 673
aequilibrii totalis 656. 673. 675. 694
externus 207
indifferentiae 655. 675 691. 694
internus 206
moralis 723
mundi 369
superpondii 674. 675
Stimuli 677. 695. 712. 726
Strenuus 699
minus 699
Suasiones 728
Subiectum 344
occupationis 344
relationis 312
Subsistentia 192
Substantia 40. 191. 199. 200. 202. 205. 208. 209. 227. 228. 231 234. 389. 390. 398. 710. 718 719. 838. 854
appetit pro lubitu 712
auersatur pro lubitu 712
impenetrabilis 398
libera 719
libera a coactione externa simpliciter tali 707
libera a coactione interna et absoluta 707
libera a coactione interna, tam absoluta, quam physica 710
potest aliquid 833
praedicata 200
Substantiale 196. 928. 929
Subtilitates 576. 578
Succedentia 124
Successio 124
Successiua 238. 240. 282 306.
Summum bonum metaphysicum 190
Superficies curua, plana 289. 292
Superius 148
Suppositum 200
Supra rationem 644
datum intellectum. positum 633
Symbolum 350
Syncope 555
Syntaxis 622
Systema assistentiae psychologicum 763. 767
Systema assistentiae vniuersalis, cartesianum et caussarum occasionalium latius 452 457. 490
harmoniae praestabilitae psychologicum 763. 768
harmoniae praestabilitae vniuersalis 448. 449. 454. 455. 457. 459. 460
influxus physici psychologicum 763. 764 766
influxus physici vniuersalis 450. 451. 454. 456. 457
Systemata generalia explicandi substantiarum mundanarum commercium 448
composita 457. 458
simplicia 457. 458. 761
psychologica 761

Tactus 536
Taedium 712. 655. 657. 659. 662
apparens 655
compositum 656
constans 662
dulce 661
merum 661, 669. 675 694

rationale 656
sensitiuum 656
sensuum 656
simplex 656
transitorium 662
verum 655
Teleologia 946
physica 946
pneumatica 946
Temperamentum animae 732
Tempestiuitas 323
Tempus 240. 325
futurum 297
praesens 297
praeteritum 297
Tentator ad malum 941
Terminus 350. 248
relationis 312
Terror 686
Theologia archetypa 866 892
moralis 723
naturalis 800 802. 983
significatu latiori 866
Thaetopsychitae 781
Timor 686
Torpescens ingenium 648
Totum 155. 157
Traduciani 771. 772
Transformatio animalis 779
Tristitia 685
Tumultuarium in cognitione 515

Valor 337
Vanits 36
Variabilis 699
Variatio 209

Vari-

INDEX.

Varius 699
Vastitas cognitionis 515
Vaticinium 616
Vbertas cognitionis 515
Vehemens 699
Veracitas 920
Veritas metaphysica 89. 92. 119. 184. 189
transcendentalis 89. 118. 132. 163
Vertigo 554
Verum 12
Vi breuissima 888
Vigilare 552
Vilitas cognitionis 515
Vis 197. 198. 203. 220. 222. 391. 758. 832
cognitionis probans, explicans, illustrans, resoluens, persuadens, conuincens 531
mouens complete et incomplete, viua et mortua 669. 671
inertiae 294
motrix 294
Visio 552. 557
Visionarii 584
Visus 536
Vita animæ humanæ 780
in genere 430
Vocabulum 350
Volitio 690. 692. 720. 766
antecedens, excitatoria, inclinatoria, præuia 695
consequens, decisiua, decretoria, finalis 695
Analogon vtriusque in deo 899
pura 892
Voluntas 690. 691
imperscrutabilis 900
proportionalis 894
Voluptas 655. 657. 659. 662. 712
amara 661
apparens 655
composita 656
constans 662
pura 661. 669. 675. 694
rationalis 656
sensitiua 656
sensuum 656
simplex 656
transitoria 662
vera 655
Vnicum 77
Vnio 205. 739
arctissima 739
Vnitas 76. 132. 163. 173. 189
categorica 74
perfecta 230
Vnitio 79
Vniuersale 148. 149
Vnum 73. 77. 115
transcendentaliter 73. 116
Vsus 338. 888
intellectus 639
rationis 646
Vtile 336. 337. 340
Vtilitas 336
actiua 336
passiua 336
Zelotypia 905

Stolziana: Exabtributa
quae rebz gerberlichel hor Vniuersy con
spiritualibus communia sunt (Voranksalia
sunt communia spiritui largo communis cognitio
gen quod Vniuersi constituant) Necessitas
non esse necessaria sed absolute necessario creatis
Prof: Pessel Secretair der Hofpsth Pfahlbau 1770

Alle Urtheile sind entweder analytisch oder synthetisch. Die analytischen Urtheile sind diejenigen, in welchen die Verknüpfung des Prädicats mit dem Subjecte durch die Identität gedacht wird, diejenigen aber, in welchen diese Verknüpfung ohne Identität gedacht wird, müssen synthetische Urtheile genannt werden. Die analytischen Urtheile könnte man auch Erläuterungs-Urtheile, die synthetischen aber Erweiterungs-Urtheile nennen, weil jene durch das Prädicat nichts zu dem Begriffe des Subjects hinzusetzen, sondern den Begriff des Subjects nur in Theile zergliedern, welche in demselben schon vorher (obgleich verworren) gedacht worden; die synthetischen Urtheile aber zu dem Begriffe des Subjects ein Prädicat hinzufügen, welches in jenem gar nicht gedacht worden war, und durch keine Zergliederung daraus hätte können herausgezogen werden. Wenn ich z. B. sage: alle Körper sind ausgedehnt, so ist dieses ein analytisch Urtheil. Denn ich darf nicht über den Begriff, den ich mit dem Körper verbinde, hinausgehen, um die Ausdehnung damit verknüpft zu finden, sondern darf nur jenen Begriff zergliedern, d. i. mir des Mannigfaltigen bewusst werden, das ich in ihm jederzeit denke, um dieses Prädicat darin anzutreffen: es ist also ein analytisch Urtheil. Wenn ich dagegen sage: alle Körper sind schwer, so ist das Prädicat etwas ganz anderes, als dasjenige, was ich in dem bloßen Begriffe eines Körpers überhaupt denke; die Hinzufügung eines solchen Prädicats giebt also synthetische Urtheile.

Erfahrungsurtheile, als solche, sind insgesammt synthetisch. Denn es wäre ungereimt, ein analytisches Urtheil auf Erfahrung zu gründen, weil ich über meinen Begriff gar nicht nöthig habe, hinauszugehen, um ein Urtheil zu fällen, wozu mir nichts als Erfahrung nöthig ist. Also ist die Möglichkeit synthetischer Urtheile a posteriori durch Erfahrung gar wohl einzusehen; aber die Möglichkeit synthetischer Urtheile a priori wird gar sehr eingesehen werden müssen.

Alle Urtheile der Erfahrung sind also für sich synthetisch. Es giebt analytische Urtheile a priori, die aber nur Erfahrungsurtheile enthalten, welche zu einer Erfahrung als Erkenntniß aus Erfahrung zusammengesetzt werden, z. B. wenn ich sage: alles, was ausgedehnt ist, ist ein Körper, so ist dieses ein analytisch Urtheil a priori, sondern ein empirisches a posteriori.

Alle Urtheile der Erfahrung sind also für sich synthetisch. Es giebt analytische Urtheile a priori, die aber nur Erfahrungsurtheile enthalten, welche zu einer Erfahrung als Erkenntniß aus Erfahrung zusammengesetzt werden, z. B. wenn ich sage: alles, was ausgedehnt ist, ist ein Körper, so ist dieses ein analytisch Urtheil a priori, sondern ein empirisches a posteriori.

Alle Urtheile der Erfahrung sind also für sich synthetisch. Es giebt analytische Urtheile a priori, die aber nur Erfahrungsurtheile enthalten, welche zu einer Erfahrung als Erkenntniß aus Erfahrung zusammengesetzt werden, z. B. wenn ich sage: alles, was ausgedehnt ist, ist ein Körper, so ist dieses ein analytisch Urtheil a priori, sondern ein empirisches a posteriori.

